

PAULUS. Oscines aves auspiciam ore facientes.
Oscinum augurium a cantu avium.

FESTUS. Oscinum tripudium est, quod oris cantu significat quid portendi, cum cecinit (1) corvus, cornix, noctua, parra, picus.

PAULUS. Oscum dicitur significare sacrum: unde leges oscitæ, id est sacratæ. Opicum quoque invenimus pro osco. Oscis enim frequentissimus fuit usus libidinum spurcarum, unde & verba impudentia appellantur obscena. Titinius. *Osee, & Volsce fabulantur, nam latine nesciunt.*

FESTUS. Oscum duas diversas, & contrarias significationes habet. Nam Cloatius putat eo vocabulo significari sacrum, quo etiam leges sacratæ oscæ (2) dicuntur: & in omnibus fere antiquis commentariis scribitur opicum pro osco, ut in Titinii fabula Quinta: *qui Osee, & Volsce fabulantur, nam latine nesciunt*: a quo etiam verba impudentia, & elata appellantur obscena, quia frequentissimus fuit usus Oscis libidinum spurcarum. Sed eodem etiam nomine appellatur locus in agro Vejenti, quo frui soliti produntur augures Romani. Oscos, quos dicimus, ait Verrius, Opicos antea dictos teste Ennio, cum dicat *De muris res gerit Opiscus*. Adicit etiam, quod supra inconcise libidinis obscæna dicantur ab ejus gentis consuetudine inducta. Quod verum esse non satis adducor, cum apud antiquos omnes fere obscæna dicta sint, quæ mali ominis habebantur: ut illa Vergilii testimonio sint, ut superiorum auctorum exempla referre non sit necesse, cum ait: *Harpyias, obscenas volucres, & obscenamque famem.*

Osculana pugna in proverbio quo significabatur, victos vincere, quia in eadem & Valerius Lævinus imperator Romanus a Pyrho erat victus, & brevi eundem regem devicerat. Sulpicius Item imperator noster: ejus rei meminit Titinius hoc modo: *hec quidem quasi osculana pugna est* secus, quia hinc fugere impulsus spolia colligunt: significat etiam osculum suavius: ut Plautus in Nervolaria: osculum: *sas est osculi mihi: qui ambo 3) mi pater?* quod inter cognatos propinquosque institutum ab antiquis est maximeque feminas.

Osi sunt, ab odio declinasse antiquos testis est C. Gracchus in ea, quæ est de lege Minucia, cum ait: *mirum siquid iis injuriæ fit, semper eos osi sunt*: quod nunc quoque cum præpositione elatum frequens est, cum dicimus perosi.

PAULUS. Osi sunt, ut perosi sunt, dicebatur.
Osorem dixerunt, qui aliquem odisset.

FESTUS. Ostentus, sæpe ostendis, gloriandi causa: sed & participialiter id etiam dici debet, & dictum est feminino genere.

PAULUS. Ostentum (a), ostentatum.

a Attii versus mendosus est.

b Vidend. Plin. lib. xv. cap. xxxix. Gell. lib. v. cap. vi. Vide etiam Myrtea.

c Plutar. in Marcello ab ove ducit nomen. Dionys. lib. v. ἀπό τῆς οὐάτης.

d Vide Gell. lib. xi. cap. i. & Festum verbo ovibus.

e Vide Multam, & Æstimata.

f Quod remediatis morbis, &c. mendosa verba, vel maxime inepta.

Ostentum non solum pro portento poni sole- FESTUS.
re, sed etiam participialiter..... testimonio est
Pacuvius in Medo.... atque eorum in ipso tem-
pore ostentum senem: & Attius in Bacchis: præ-
sens præsto irridetis (4) nobis stipe ultro
ostentum obtulit. Ostentum, quo nunc utimur
interdum prodigii vice, quin participialiter quo-
que dici solitum sit non dubium. Facit etiam C.
Gracchus de legibus a se promulgatis, cum ait:
quod unum nobis inostentum, ipsis in usum af-
portatur (5).

Ostiam urbem ad exitum Tiberis in mare
fluentis Ancus Marcius rex condidisse, & femi-
nino appellasse vocabulo fertur: quod sive ad
urbem, sive ad coloniam, quæ postea condita est,
refertur.

Ostia urbs ab exitu Tiberis appellata.

Ovalis (b) corona est myrtea, quam habebant,
qui ovantes introibant, cum bella non erant in-
dicta, aut sine sanguine confecta.

Ovantes (c), lætanres, ab eo clamore, quem
faciunt redeuntes ex pugna victores milites ge-
minata O littera.

Ovem (d) masculino genere dixerunt, ut ovi-
bus duobus, non duabus.

Oufentina tribus ab Oufente fluvio dicta.

Oufentina tribus initio causa fuit nomen flu-
minis Oufens, quod est in agro Privernate inter
mare, & Terracinam. Lucretius: *Priverno Ou-
fentina venit, fluvioque oufente*: postea deinde
a Censoribus aliis quoque diversarum civitatem
eidem tribui sunt adscripti.

Ovibus (e) duabus multabantur apud antiquos
in minoribus criminibus, in majoribus au-
tem (6) bubus: nec ultra hunc numerum excede-
bat multatio, quæ posteaquam ære signato uti
civitas cœpit, pecoraque multaticia incuria cor-
rumpebantur, unde etiam peculatus crimen usur-
pari cœptum est, facta est æstimatio pecoralis
multæ, & boves centenis assibus, oves denis æsti-
mata. Inde suprema multa, id est maxima, ap-
pellatur tria millia æris; Item vicefis minoribus
delictis.

Oxime, ocissime.

P.

PA, pro parte, & po, pro populo positum
est in saliarum carmine.

Pacem a pactione condicionum putat di-
ctam Sinius Capito, quæ utriusque inter se populo
sit observanda.

Pax dicta est a pactione.

Pacionem antiqui dicebant, quam nunc pa-
tionem dicimus: unde & pacisci adhuc, & pa-
ceo (7) in usu remanet.

Pæana (f) Apollinem vocaverunt, quod sa-
gi-

(4) Irri-
det.

(5) Ade-
ptatur.

PAULUS.

FESTUS.

(6) Tri-
ginta.

PAULUS.

FESTUS.

PAULUS.

FESTUS.

(7) Pæto,
paco.

PAULUS.

gittarum ictum eum nocere putabant: est enim πᾶσιν ferire. Alii quod remediis morbis finem faceret talis gravitatis.

Pædidos sordidos significat, atque obsoletos: tractum vocabulum a Græco, qui a πᾶιδες idest pueri, talis sint ætatis, ut a sordibus nesciant abstinere.

Pagani a pagis dicti.

[1] Fontes. Pagi dicti a fontibus, quod eadem aqua uterentur: aquæ (1) enim lingua Dorica πᾶγαί appellantur.

[2] Figantur. Paginæ dictæ, quod in libris suam quæque obtineat regionem, ut pagi: vel a pangendo, quod in illis versus pangantur, idest figuntur (2).

[3] Palatium a) mons Romæ appellatus est, quod ibi pascens pecus balare contueverit: vel quod palare, idest errare, ibi pecudes solerent:

[4] Palantem. alii (3) quod ibi Hyperborei filia Palanto (4) habitaverit, quæ ex Hercule (5) Latinum peperit: alii eundem, quod Pallas ibi sepultus sit, existimant appellari.

[5] Palatualis (b) Flamen ad sacrificandum ei deæ constitutus erat, in cujus tutela Palatium esse putabant.

FESTUS. Palatualis Flamen constitutus est, quod in tutela ejus deæ Palatium est.

PAULUS. Pales (c) dicebatur dea pastorum, cujus festa palilia dicebantur: vel, ut alii volunt, dicta parilia, quoniam pro partu pecoris eidem sacra fiebant.

Pallas Ninerva est dicta, quod Pallantem gigantem interfecerit; vel, sicut putabant, quod in Pallante palude nata est.

Palmites vitium sarmenta appellantur, quod in modum palmarum humanarum virgulas, quasi digitos edunt.

Palmulæ appellantur remi a similitudine manus humanæ.

Palpari, blandiri.

Paludati, armati, ornati: omnia enim militaria ornamenta, plaudimenta dicebant.

FESTUS. Paludati in libris auguralibus significat, ut ait Veranius: armati, ornati: omnia enim militaria ornamenta plaudimenta dici.

PAULUS. Pancarpia dicuntur coronæ ex vario genere florum factæ.

Pandana porta dicta est Romæ, quod semper pateret.

Pandiculari dicuntur, qui toto corpore oscitantes extenduntur: eo quod pandi fiunt

Pandicularis dicebatur dies, idem & communicarius, in quo omnibus diis communiter sacrificabatur.

Pangere, figere, unde plantæ pangi dicuntur, cum in terram demittuntur: inde etiam versus pangi, vel (6) figi in cera dicuntur.

(6) Idest. FESTUS.

Pangere significat figere: unde plantæ pangi dicuntur, cum in terram demittuntur

Panibus (d) redimibant caput equi immolati Idibus Octobris in campo Martio, quia sacrificium fiebat ob frugum eventum: & equus potius, quam bos immolabatur; quod hic bos frugibus pariendis est aptus.

PAULUS.

Pantices (e) frus (7) ventris.

(7) Fluxus.

..... frus ventris mi ag....

FESTUS.

Panus (f) facit deminutivum panicula (8).

PAULUS.

Papillæ capitula mammæ dictæ, quod papularum sunt similes.

(8) Panucula.

Papiria (g) tribus a Papirio vocata.

.. piria conju quod ind

FESTUS.

..... tur bellum tos ex er

..... discessera signum con

.... rem in ipsorum ar testate ac pote ...

..... exercitus suffrag.

Pappi (h) carduorum flores. Lucretius: *Vestem, nec plumas avium, papposque volantis.*

PAULUS.

..... o quoque rum ex

FESTUS.

... sulibus æ tque ex ea s ma-

gistra intra dies ncias inter se

pa vit civis aliter inter

.... lege primum factus (9) circo sunt

(9) Frs, v.c.

creati.

Pararium æs appellabatur id, quod equitibus duplex pro binis equis dabatur.

PAULUS.

Parasangæ apud Persas viarum mensuræ.

Parens vulgo pater, aut mater appellatur: sed juris prudentes avos, & proavos, avias, & proavias parentum nomine appellari dicunt.

Parere, obedire.

Paribus equis, idest duobus, Romani utebantur in prælio, ut sudante altero transfirent in siccum.

Parici quæstores appellabantur, qui solebant creari causa rerum capitalium quærendarum.

Nam paricida non utique is, qui parentem occidisset, dicebatur, sed qualemcumque hominem.

Id autem (10) fuisse indicat lex Numæ Pompilii Regis his composita verbis. *Si quis hominem liberum dolo sciens morti duit, paricida esto.*

(10) Indemnatum.

Parilibus (i) Romulus urbem condidit, quem

diem

a Vidend. Varro lib. iv. de ling. Lat.

b Palatea dea apud Varronem lib. vi. de ling. Lat. eadem fortasse Palatia Latini uxor, de qua idem lib. iv.

c Vide *Paribus*.

d Vide *October*.

e Plautus in *Pseud.*, „Vino modo cupidæ Estis; eo vos vestros panticesque adeo madefacitis, quom sim ego- hic sicus“. Martial. lib. vi. „Quid cum pantibus laxis, & compede grandi“.

f Nonius *Panuliam*.

g Interpretem desiderat.

h Fragmentum Festi pertinere arbitror ad verbum *parare* pro quo sæpius Livius *comparare* scribit: „Consoles aut fortiantur, aut inter se comparent“: quibus significatur: ut conveniat inter eos de provinciis, quam quisque habiturus sit; aut sortito eas assequantur. Liv. initio lib. xxx. „Contales cum de rep. belloque ad senatum rettulissent, censuerunt patres, ut Consules inter se comparent, sortirenturve: uter Bruttios adversus Hannibalem, uter Etruriam, ac Ligures provinciam haberet“; & lib. xxxii. „Decreverunt patres ut provincias Macedoniam, atque Italiam Consules comparent inter se, sortirenturve“: & lib. xxxvii. „Cum Senatus aut sortiri, aut comparare inter se provincias Consules iussisset“.

i Ita scriptum in fastis xi. kal. Majas. Alii palilia appellant a pale. Vidend. Varro lib. v. Ovid. lib. xv. *Fastor*. Vide *Pales*.

diem festum præcipue habebant juniores.
FESTUS. urbem condidit Rom habebant
 junio

Parmulis (a) pugnare milites soliti sunt, quorum usum substulit C. Marius datis in vicem earum Bruttianis.

PAULUS. Parones navium genus, ad cuius similitudinem myoparo vocatur.

[1] **Parret** (b) (1) significat apparebit.

FESTUS. Parret, quod est in formulis, debuit & producta priore syllaba pronuntiari, & non gemino R scribi, ut fieret *paret*, quod est inveniatur, ut *comparet*, *apparet*.

Parfi non peperci, ait Cato in eadem oratione (2): *Scio fortunas secundas negligentiam prendere solere; quod uti prohibitum irem, quod in me esset, meo labori non parsi.*

PAULUS. Parfi (idem) Cato dixit: *pro peperci.*

Partus & pro nascendo ponitur, & pro parato. Nævius (3): *Male parva male dilabuntur.*

FESTUS. Parum cavillè (4) videri pronuntiat magistratus, cum de consilii sententia capitisquem condemnaturus est.

PAULUS. Parumper significat paulisper, quasi perparum, hoc est valde parum; refertur autem ad tempus.

Pascales (e) oves Cato posuit pro pascales.

FESTUS. ciente Cato dixit in ea calis ovis vetuit appellat in ea ora cio Tarenti plus: c uam ignaro Terentino

PAULUS. Pascito linguam in sacrificiis dicebatur, id est coerceto [5] contineto, taceto.

[5] **Coercito.** Passales & oves, & gallinæ appellantur, quod passim pascuntur.

[6] **Strutho camelum.** Passer marius, quem vocat vulgus strutomelum (6).

FESTUS. Pastillum est in sacris libris genus rotundi.

PAULUS. Pastillus forma panis parvi, utique deminutivum est a pane.

Patagium est, quod ad summam tunicam affui solet, quæ & patagiata dicitur; & patagarii, qui ejusmodi opera faciunt.

Patagus morbi genus.

[7] **Patulum.** Patalem (7) bovem Plautus appellat, cujus cornua diversa sunt, ac late pateant.

Patellæ (d) vasa picata parve sacrificiis faciendis apta.

..... item sacris fa velat capi dul ...

[8] **Porpluv.** Pateram perplovere (8) in sacris cum dicitur, significat pertusam esse.

Tom. VII.

a Vide Bruttianæ.

b Cicero in Verrin. Divin. *Si paret eam se, & sua Veneris esse dixisse;* & lib. iv. *Si paret fundum Capenatem, quo de agitur, ex jure eum P. Servitii esse,* & lib. v. *si paret jugera fundi esse plura, & si paret adversus editum fecisse,* & pro Q. Roscio *si paret H-5 1000 dari.* Justin. lib. v. *Institut. Si apparet eum dare oportere: cui formulæ addit Theophilus, condemna eum iudex.*

c Postrema verba Festi videntur pertinere ad ludos sæculares, qui in Terentino agro centesimo quoque anno fiebant. Vide Terentium.

d Velut capidulæ, inquit Festus. Vide Capis. Cicero parad. I. *Quid Numa Pompilius? minus ne gratas diis immortalibus capides, ac fictiles urnas fuisse, quam licitas aliorum pateras arbitramur?* & lib. iii. de Nat. deor. *Capidunculis his, quas Numa nobis reliquit.* Varro lib. iv. & viii. de ling. Lat.

e Cincii opinio vera fortasse fuit tum, cum primam patricii a plebeis in ipso initio urbis Romæ fuere distincti.

f De his Dionys. lib. 11. Vide Patres.

g Titinius in Gemina apud Nonium: *postquam factus mativus hanc domum abhorres; Tuam etiam unorem paucens videbo.*

Pateram perplovere cum dicerent, significabant pertusam esse. **PAULUS.**

Pater patrimus dicebatur apud antiquos, qui cum jam ipse pater esset, habebat etiam tum patrem. **FESTUS.**

Patr fit manifestum, quia numerari inter do

Patres senatores ideo appellati sunt, quia agrorum partes attribuebant tenuioribus, ac liberis propriis. **PAULUS.**

..... llantur ex quibus Senatus conditæ Romulus C quorum consilio, atque ministraretur, atque agrorum partes at perinde ac liberis solebant jam inde a Ro argenti signati ul publicæ, & privatæ nt

Patrum comu

Patricios (e), Cincius ait libro de Comitibus, eos appellari solitos, qui nunc ingenui vocentur.

Patricius vicus Romæ dictus, eo quod ibi patricii habitaverunt jubente Servio Tullio, ut si quid molirentur adversus ipsam, ex locis superioribus opprimerentur. **PAULUS.**

Patrimi, & matrimi pueri tres adhibebantur in nuptiis: unus, qui facem præferret ex spina (9) alba, quia noctu nubebant; duo, qui nubentem tenebant. (9) **Pinn.**

Patrimi, & matrimi pueri prætextati tres nubentem deducunt, unus, qui facem præfert ex spina (10) alba, quia noctu nubebant; duo, qui tenent nubentem. (10) **Pinn.**

Patrocinia (f) appellari cœpta sunt, cum plebs distributa est inter patres, ut eorum opibus tuta esset.

Patr fit manifestum quia numerari inter de

Pauciens g dicebant pro raro. Titinius: *Uxorero pauciens videbo.* **PAULUS.**

Paveri frumenta dicebant antiqui, quæ de vagina non bene exibant. **FESTUS.**

Pavimenta Poenica marmore Numidico constructa significat Cato, cum ait in ea, quam habuit, ne quis consul bis fieret: *dicere possunt quibus vilis, atque ades edificata, atque expolita maximo opere, citro, atque ebore, atque pavimentis Poenicis stent.*

Pavimenta Poenica, hoc est marmore Numidico strata. **PAULUS.**

Pauperies damnum dicitur, quod quadrupes facit.

Ffff

Pe-

(1) *Pectinatium.* Pectinatium (1) testum dicitur a similitudine pectinis in duas partes devexum, ut testudinetum in quattuor.

FESTUS. Pectuscum (2) palati dicta est ea regio urbis, quam Romulus obversam posuit, ea parte, in qua plurimum erat agri Romani ad mare versus,

[3] *Qua.* & quia (3) mollissime adhibatur urbs: cum Etruscorum agrum a Romano Tiberis discluderet, ceteræ vicinæ civitates colles aliquos [4]

(4) *Aliquos.* haberent oppositos.

Peculatus (a) est nunc quidem quaecumque publicum furtum, sed inductum est a pecore, ut pecunia quoque ipsa. Jam etiam noxii (5) pecore multabantur, quod neque æris adhuc, neque argenti erat copia: itaque *suprema multa* etiam nunc appellatur.

PAULUS. Peculatus furtum publicum a pecore dictum, sicut & pecunia, eo quod antiqui Romani nihil præter pecora habebant.

Peculatus, idest furtum publicum dici coepit a pecore tunc, cum Romani præter pecudes nihil haberent.

FESTUS. Peculatus furtum publicum dici coeptus est a pecore, quia ab eo initium ejus fraudis esse coepit: siquidem ante æs, aut argentum signatum ob delicta poena gravissima erat duarum ovium, & triginta boum. Ea lege (6) sanxerunt T. Menenius Lanatus, & Sestius Capitolinus Consules, quæ pecudes, postquam ære signato uti coepit populus Romanus. Tarpeia lege cautum est, ut bos centussibus, ovis decussibus æstimaretur.

(6) *Eam legem.* Peculium fervorum a pecore item dictum est, ut pecunia patrum familiæ.

PAULUS. Peculium fervorum a pecore dictum, sicut & pecunia nobilium.

(7) *Pecunia.* Pecunia (7) sacrificium fieri dicebatur, cum fruges, fructusque offerebantur, quia ex his rebus constat, quam nunc pecuniam dicimus.

FESTUS. Pecunia sacrificium..... tumque causa mola pu..... cio: quia omnis res fam.....

.... dicimus, ex his rebus con..... appellatur, quæ fulg..... iecta depellendorum n.....

..... bonorum causa fiunt.

Pecuum cum dixit M. Cato per casum genitivum, a singulari casus recti formavit, quo utebantur antiqui, idest pecu, ac testu, tonitru, genu, veru, quorum omnium genitivus pluraliter geminat V litteram: nunc quia dicimus, ut pectus, eam, quæ in usu est, formam in declinationibus sequimur.

* Quod Paulus ait aliquando Romanos præter pecudes nihil habuisse, falsum est. Verum tamen est a pecoribus pecuniam appellatam: & eisdem esse primum æs a Servio Tullio signatum ovium boumque effigie: ut Varro ait lib. II. de re rust. & lib. IV. de ling. Lat. Plin. lib. XVIII. cap. III. Festus verbo *pecuniam*. Neque etiam verum est Menenio, & Sestio consulibus, aut etiam ante legem Tarpeiam æs non fuisse signatum. Argentum tamen signatum plures ferunt paucis annis ante bellum Punicum primum. Nonnulli ad Servium referunt tam argentum, quam æs signatum. Legem autem Tarpeiam constitutum est, ut duabus ovibus xxx. bouibus multa non excederet. Lege Menenia oves decussi, baves Centussi æstimata sunt. Festi autem verba ostendere videntur Menenium consulem ante Tarpeiam legem fuisse: medioque tempore æs, argentumque fuisse signatum. Vide *Multam*, & *Ovibus*, & *Æstimata*. Quæ omnia inter se, & cum his minime conveniunt. Vide etiam Gell. lib. XI. cap. I. *Peculatus autem nihil habet cum multa commune*. Ideo totum hoc caput & Verrius, & Festo indignum est.

^b Vide Gell. lib. III. cap. XVIII.

^c Plaut. in *Curcul.* Item genus est lenonum inter homines meo quidem animo; Ut muscæ, culices, pedesque pulicesque cimices.

^d Neque Græcum verbum extat, neque latinum quid significet constat.

^e Fulvio Ursino nostro magis placet: appellatus est Hippocrene, ut ad fontem referatur.

Pecuum Cato dixit genitivum pluralem ab eo quod est pecu. PAULUS.

Pedam vestigium humanum appellabant.

Pedam vestigium humani præcipue pedis appellasse antiquos in commentariis quibusdam inveniri solet. FESTUS.

Pedarium (b) senatorem significat Lucilius, cum ait: *agipes vocem mittere coepit*: qui ita appellatur, quia tacitus transeundo ad eum, cuius sententiam probat, quid sentiat, indicat.

Pedem struit in duodecim: significat, fugit, ut ait Ser. Sulpicius.

Pedem struit, dicebant pro eo, quod est, fugit. PAULUS.

Pedestria auspicia nominabantur (8), quæ dabantur a vulpe, lupo, serpente, equo, ceterisque animalibus quadrupedibus.

..... picia terisque.....

Pedibus (c) oblitum, idest pediculis. Titinius pedicosum appellat hoc modo: *Rus derruderur pedicosus, squalidus*. Pedes autem pro pediculis:

sic Plautus refert in *Curculione*: *Item genus inter homines meo quidem animo, ut muscæ, culices, cimices, pedesque pulicesque*; & Livius (9) in *gladiolo*: *pulices ne, an cimices, an pedes, responde mihi*; & Lucilius: *ubi me videt, caput scabit, pedes legit*.

Pedes dicuntur, quos deminutive dicimus pediculos: ab his pedicosi appellantur, ut est illud: *pedicosus squalidus, ubi me videt, caput scabit, pedes legit*. (9) *Navius Nonius.*

PAULUS. Pedes dicuntur, quos deminutive dicimus pediculos: ab his pedicosi appellantur, ut est illud: *pedicosus squalidus, ubi me videt, caput scabit, pedes legit*.

Pedulla (d), quæ dicimus, ΠΕΔ..... (10) Græcos appellare manifestum est.

Pedum est quidem baculum incurvum, quo pastores utuntur ad comprehendendas oves, aut capras, a pedibus: cuius meminit etiam Vergilius in *Bucolicis* cum ait: *At tu sume pedum*. Sed in eo versu, qui est in *Iphigenia Ennii*: *procedere gradum proferre pedum, nitere, cessas?* id ipsum jaculum significari cum ait Verrius: *mirari satis non possum: cum sit ordo talis, & per eum significatio aperta, gradum proferre pedum, cessas? nitere*.

Pedum baculi genus incurvum. Vergilius: *At tu sume pedum*. Pedum pastorale baculum incurvum dictum, quia illo oves a pedibus comprehenduntur.

Pegasides (e) (11) muscæ dictæ sunt a fonte, quem Pegasus icu unguis fingitur aperuisse: ob quam causam & Græce appellatæ sunt: *hippocrene*.

PAULUS. Pedum baculi genus incurvum. Vergilius: *At tu sume pedum*. Pedum pastorale baculum incurvum dictum, quia illo oves a pedibus comprehenduntur.

Pegasides (e) (11) muscæ dictæ sunt a fonte, quem Pegasus icu unguis fingitur aperuisse: ob quam causam & Græce appellatæ sunt: *hippocrene*. [11] *Pegides.*

.....

Pe-

Pelamys genus piscis dictum, quod in luto moretur, quod Græce dicitur πηλός.

(1) *Volsini.* Peligni (a) ex Illyrico orti: inde enim profecti ductu Volsini (1) regis, cui cognomen fuit Lucullo, partem Italiæ occuparunt. Hujus fuerunt nepotes Pacinus, a quo Pacinates (2), & Pelicus, a quo Peligni.

(2) *Pecinus, a quo Pacinates, v. c.* Pellem habere Hercules fingitur, ut homines cultus antiqui admoneantur: lugentes quoque diebus lustrus in pellibus sunt.

Pellexit, in fraudem induxit.

Pellicator, qui pellicit ad fraudem.

Pellices nuac quidem appellantur alienis succumbentes, non solum feminae, sed etiam mares antiqui eam proprie pellicem nominabant, quæ uxorem habenti nubebat: cui generi mulierum etiam poena constituta est a Numa Pompilio hac lege: *Pellex aram Junonis ne tengerit: si tangeret, Junoni crinibus demissis agnum feminam cædito.*

Pelliculationem Cato a pelliciendo dixit.

FESTUS. Pelliculatio ndo, quod inducen quam scripsit de.....

PAULUS. Pellicum (3) galerum, quia fiebat ex pelle.

(3) *Pellitum.* Pelluviæ, quibus pedes lavantur, ut malluviæ, quibus manus.

Pelta genus scuti.

Penates alii volunt, ut habeat nominativum singularem penas: alii penatis.

FESTUS. Penatis singulariter Labeo Antistius posse dici putat, quia pluraliter penates dicantur, cum patiatur proportio (4) etiam penas dici, ut optimas primas, Antias.

(4) *Portio, v. c.*

Penatores (b) qui penus gestant. Cato adversus M. Acilium quarta: *postquam nautas (5) ex navibus eduxi, non ex militibus, atque nautis piscatores penatores fisci sedarum (6) dedi.*

[5] *Nauticas, v. c.*

[6] *Fiscularum.* Pendere (c) poenas, solvere significat, ab eo quod ære gravi cum uterentur Romani, penso eo, non numerato, debitum solvebant: unde etiam pensiones dictæ. Poenas pendere proprie dicitur, qui ob delictum pecuniam solvit, quia penso ære utebantur.

FESTUS. oe ob ntur.

Penem (d) antiqui codam vocabant, a qua antiquitate etiam num offa porcina cum cauda in cenis puris offa penita vocatur: & peniculi, queis calciamenta tergentur, quod e codis extremis faciebant antiqui, qui tergerent ea: dictum est forsitan a pendendo. Nævius in Tunicularia (7): *Theodorum compellas, qui aras compitalibus sedens in cella circumtrectuas vegetibus Lares ludentes peni pinxit bubulo:* significat peniculo grandi id est coda.

[7] *Cunicularia.*

PAULUS. Penem caudam vocabant: unde & offam por-

cinam cum cauda, offam penitam dicebant: hinc & peniculos dicimus, quibus calciamenta tergentur, qui de caudarum extremitate fiunt. Penis denique a pendendo vocata est.

Penetrabile sacrificium dicitur, quod interiore parte sacrarii conficitur: unde & penetrabilia cuiusque dicuntur; & penes nos, quod in potestate nostra est.

Penetrabilia sunt penatium deorum sacraria. PAULUS.

Penetrare penitus intrare.

Peniculi spongiæ longæ propter similitudinem caudarum appellatæ. Penes enim vocabantur caudæ.

Penitam (e) (8) offam Nævius appellat ablegmen carnis cum coda: antiqui autem offam vocabant abscissum globi forma, ut manu glomeratam pultem.

Pennas (f) antiquos ferunt ex græco, quod illi πεννα ea, quæ sunt volucra dicant. Item eadem pennas, & cœlnas (9).

Pennatas, impennatasque agnas in saluari carmine spicas significat cum aristis; & alias sine aristis agnas novas volunt intelligi.

Penora dicuntur res necessariae ad victum cotidianum, & locus eorum (10) *penarius.*

Pentathlū antiqui quinquartiū (11) dixerunt: id autem genus exercitationis ex his quinque artibus constat, jactu disci, cursu, saltu, jaculatione, luctatione.

Penuria est id, quod pene minus sit, quam necesse est.

Penus (g) vocabatur locus inde æde Vestæ intimus.

..... oatur locus intimus in æde Vestæ segetibus. Sæpius qui certis diebus circa Vestalia aperitur, ii dies religiosi habentur.

Perbitere (h) (12) Plautus pro perire (13) posuit.

Percontatio videtur dicta ex usu nautico, quia aquæ altitudinem conto pertentant. Alii volunt percontationem dici, quod scilicet is, qui curiosus est, per cuncta interrogat.

Percontatio pro interrogatione dicta videtur ex nautico usu, quia conto pertentant, cognoscuntque navigantes aquæ altitudinem: ob quam causam ait Verrius etiam secundam syllabam per O solere scribi: mihi id falsum videtur: nam est illa percontatio, quod is, qui curiose quid interrogat, per cuncta visit (14), ut recte per V litteram scribarur.

Percontatum patris familiæ nomen nequis servum mitteret, lege sanctum fuisse ait Cato in ea, qua legem Orchiam dissuadet.

Perditum est, quod interit (15), ac recuperari non potest.

Ffff 2 Pe-

a Pacinus, a quo Pacinates; alii Pecinus, a quo Pecinates, nos Picinus, a quo Picentes, sed vide *Picens* Dionys. lib. 1. *Peucetius* (Enotrii frater *Peucetiam* condidit.

b Mendosum esse opinor.

c Vide Dispensatores.

d Codam pro Cauda usos veteres notat Marcellus Nonius. Vide *Orober*. Et de hoc verbo Cicero epist. xxii. lib. ix. Vide *Peniculi*, & *Penitam*.

e Vide *Penem*.

f Vide *Pennis*.

g Festus ait: *Penus* vocatur locus intimus, &c. Vestalia sunt V. Id. Jun. ex Fastis, & Ovidio, ac Varrone.

h Plaut. in *Pseud. Eum* cras cruciatus maximus se perbitere. Et in *Pœnulo*: *At ne inter vias Perbiteramus eas vitio*. Illic perire, hic præterire significat.

FESTUS.

PAULUS.

FESTUS.

[8] *Penitam, v. c.*

[9] *Ut cœlnas.*

PAULUS.

[10] *Earum.*

[11] *Quinquartius.*

FESTUS.

PAULUS.

[12] *Perbitere.*

[13] *Perire.*

FESTUS.

PAULUS.

[14] *Percun-*

tari sit, v.

c. percunclat

res is.

FESTUS.

PAULUS.

[15] *Interit.*

PEREDIAM, & **BIBESIAM** Plautus cum dixit, intelligi voluit cupiditatem edendi, & bibendi.

FESTUS. Perediam (a), & bibesiam Plautus finxit sua consuetudine, cum intelligi voluit cupiditatem edendi, & bibendi.

PAULUS. Peregere (1) dicebant expergefacere.

(1) **Peregre.** Peregrina (b) sacra sunt dicta, quæ ab aliis urbibus religionis gratia sunt advecta.

FESTUS. Peregrina sacra appellantur, quæ aut evocatis diis in oppugnandis urbibus Romam sunt conlata (2), aut quæ ob quasdam religiones per pacem sunt petita, ut ex Phrygia Matris Magnæ, ex Græcia Cereris, Epidauro Æsculapii; quoniam coluntur eorum more, a quibus sunt accepta.

[2] **Conata, v. c. Coacta.** Peregrinus ager est, qui neque Romanus, neque hostilis habetur.

PAULUS. Peremere alii posuere pro prohibere, alii pro vitare.

FESTUS. Peremere Cincius in libro de verbis prisca ait significare idem, quod prohibere: at Cato in libro, qui est de re militari, pro vitare usus est, cum ait: *cum magistratus nihil audent imperare, nequid Consul auspicii peremat.*

FESTUS. est cum ait: *cum magistratus nihil audent imperare, nequid Consul auspicii peremat.*

Peremne (c) dicitur auspicari, qui amnem, aut aquam, quæ ex sacro oritur, auspiciato transit.

(2) **Interfessis.** Perempta, & interempta pro imperfectis (3) poni solet a poetis. Lucretius: *Cum corpus simul, atque animi natura perempta.*

(4) **Gracchus.** Peremptalia (d) fulgura Gracchus (4) ait vocari, quæ superiora fulgura, ut (5) portenta, vi sua permant duobus modis, prioribus tollendis, aut majore manubia, ut tertia secundæ, secunda primæ cedat. Nam ut omnia (6) superantur fulgure, sic ietum fulgur manubiis vincit.

(5) **Aus.**

(6) **Omina.**

PAULUS. Perfacul, & perfefacul antiqui dicebant, quod nunc facile, & perfacile dicimus: inde permansit in consuetudine facultas.

FESTUS. Perfines, perstringas.

(7) Sna. Perfugam, Gallus Ælius ait, qui liber aut servus, aut hostis sui (7) voluntate ad hostes transferit, qui idem dicitur transfuga: quamquam sint, qui credant perfugam esse, non tam qui alios fugiat, quam qui ob spem commodorum ad quempiam perfugiat.

PAULUS. Perfuga, & transfuga dicitur, quod ad hostes perfugiat, & transfugiat.

Pergite (e), agite. Vergilius: *Pergite Pierides.*

Pergracari est epulis, & potationibus inservire. Titinius: *Hominem improbum, Nunc ruri pergracatur.*

Periculatus sum Cato est usus in dicendo. ulatus sum Cato ait in ea oratione, **FESTUS.** quam scripsit ad litis Censorias.

Perihodos dicitur & in carmine lyrico pars quædam, & in soluta oratione verbis circum scripta sententia & in gymniciis certaminibus perihodon vicisse dicitur, qui Pythia, Isthmia, Nemea, Olympia vicit a circumitu eorum spectaculorum.

Perimit (8), adimit, tollit: unde & peremptus, interfectus.

PAULUS. (8) *Peremit.*

FESTUS. P.... pellat: a quo etiam..... fus.

PAULUS. Permissus (f) appellatur aries [9], qui annis compluribus tonsus non est.

[9] **Agnus.**

FESTUS. Permutatur id proprie dici videtur, quod ex alio loco in alium transfertur: at commutatur, cum aliud pro alio substituitur, sed ea jam confuse in usu sunt.

Perpetem pro perpetuo dixerunt poetæ. Pacuvius in Iliona: *fac, ut cœpisti, hanc operam mihi desperpetem. Oculis traxerim.*

Perpetem pro perpetuo dixerunt poetæ.

PAULUS. Perpetrat (g)(10), peragit, perficit.

(10) **Perpetrat.**

Perpetrat (11), peragit, perficit. Pacuvius in Teucro: *neque perpetrare precibus imperia (12) qui decimus (13) patris spartam deponere (14) instat, id si perpetrat: quomodo etiam sine præpositione usi sunt, quod conversum jam.....*

(11) **Perpetrat.**

(12) **Inperit.** v. c.

(13) **Qui detinui.** v. c.

(14) **Reponere.** v. c.

Perpulis, persuasit, impulit.

..... impulit.....

PAULUS. Perficum (h) portum Plautus cum ait, mare Euboicum videtur significare, quod in eo classis Perfarum dicitur stetit non procul a Thebis.

FESTUS. Perficum portum, mare Euboicum, quod in eo steterit classis Perfarum.

PAULUS. Perficum Plautus dixit peracutum.

Perficus peracutum significare videtur, ut Plautus: *nihil de conciliare sibi (15), nisi qui persicus sapiens.* Nævius: *qui fuerit persicus carpenti est (16) ratio.*

(15) **Sibus.** v. c.

(16) **Adst.** v. c. *adeft.*

Perfillum (i) vocant sacerdotes rudiculum picatum, quo unguine flamen Portunalis [17] arma Quirini unguet (18).

[17] **Quirinalis.**

[18] **Unguit.**

PAULUS. Perfillum dicebant vas quoddam picatum, in quo erat unguentum, unde arma Quirini ungebantur.

FESTUS. Personata (k) fabula quædam Nævii inscribitur, quam putant quidam primum a (19) personatis histrionibus: sed cum post multos annos comædi, & tragædi personis uti cœperunt, verisimilius est eam fabulam propter inopiam comædorum actam novam per atellanos, qui proprie vocantur personati, quia jus est iis non cogi in sce-

a Plaut. in Cureul.
 b Vide Verrium ex Plinio lib. xxviii. cap. 11. de diis evocatis: de quibus plura Macrob. lib. 111. Satur.
 c Vide Peronia.
 d Vide Postularia, & Manubie. e Verg. Eclog. vi.
 f Vide Promissus, & Pro.
 g Mendosus locus, & in ipso veteri libro R littera notatus, ut error scriptoris significaretur. Pacuvii verba sunt valde mendosa.
 h Plaut. in Amph. *Cenavin ego in navi in portu Persico? & alibi.*
 i Quod Paulus ait apertum est, sed an idem Festum sensisse credendum sit, vehementer dubito. Rudiculum picatum esse vas, in quo sit unguentum querendum arbitror: flammis quoque nomen suspectum est. Rudiculum a rudere fortasse dictum, & globum piceum, vel picatum significat.
 k Videndus Livius initio lib. vii.

scena ponere personam, quod ceteris histrionibus pati necesse est.

PAULUS.
FESTUS.

Pertisum (a) pro pertesum dixerunt antiqui.
..... do me licet sum di...
..... qui paul

PAULUS.
[1] Cum dicitur.

Pertusum dolium dicitur, cum (1) ventrem significat.

FESTUS.

Pertu t dicitur deruit
..... L. I. An

Pescia in saluari carmine, Ælius Stilo dici ait, capita ex pellibus agninis facta, quod Græci vocent pelles πέτραν neutro genere pluraliter.

(2) Imprecatores.

Pesestas inter alia, quæ interpretatores (2) dicunt, cum fundus lustratur, significare videtur pestilentiam, ut intelligi ex ceteris (3) possint (4), cum dicitur. Avertas morbum, mortem, labem, nebulam, impetiginem.

(3) Aliis.
(4) Possit.

PAULUS.
(5) Pestitas.

Pesestas (5) dicebatur pestilentia.

FESTUS.

Pestifera auspicia esse dicebant, cum cor in extis, aut caput in jecinore non fuisset.

..... sunt, cum cor in in jecinore.

Pestiferum (b) fulgur dicitur, quo mors exiliumve significari solent.

Petauristas Lucilius a Petauro appellatos existimare videtur, cum ait: sicuti mechanici, cum alto exilueret Petauro: at Ælius Stilo quod in aere volent, cum ait: petaurista proprie Græce, quod ἰπὸς αἰῆρα [6] ΠΕΤΑΥΤΑ.

(6) πρὸς αἰῆρας.

Petilam suram significat ungulam equi albam.

PAULUS.

Petilam suram, siccam, & substrictam vulgo interpretatur (7): Scævola ait ungulam equi albam ita dici.

FESTUS.

(7) Interpretantur.

Petimina, in humeris jumentorum ulcera, & vulgus appellat, & Lucilius meminit, cum ait: ut perimen naso, aut lumbis cervicibus tangat: eo nomine autem, & inter duos arcos suis quod est, aut pectus, appellari solitum testatur Nævius in descriptione suillæ, cum ait: perimino piscino qui meruerat.

PAULUS.

Petimina, in humeris jumentorum ulcera.

FESTUS.

Petiffere, petere.

[8] Eo.

Petiffere antiqui pro petere dicebant, ea quidem forma verbi, qua sunt laceffere, & inceffere: sed, ut mihi videtur, tum [8] significabant sæpius petere, ut retiffant, sæpius petant.

Petoritum, & Gallicum vehiculum esse, & nomen ejus dictum existimant a numero quatuor rotarum: alii Osce, quod ἰπὸς αἰῆρα quoque petora quatuor vocent: alii Græce, sed αἰολικῶς dictum.

PAULUS.

Petoritum vehiculum Gallicum: alii Osce putant dictum, quod hi petora quatuor appellant, quatuor enim habet rotas.

FESTUS.

Petrarum genera sunt duo, quorum alterum naturale saxum prominens in mare, cujus Ennius meminit libro xi. alte delata, ceterisque (9) ingentibus telta: & Livius in centauris: ubi ego saepe petris: alterum manufactum, ut

(9) Petrifque.

a Vide Redarguisse. b Vide Postularia.

c Illa verba, & cornigeras norunt matres agnique petulli, ita scribenda sunt, ut post. Et relinquatur spatium aptum huic nomini Lucretius: deinde carmen scribatur, quod etiam refertur a Macrob. lib. vi. Satur. ex Lucret. lib. 11. Afranii quoque videtur esse in fine mendosum.

d Apud Hesichium. πέτρα, πέτρα, & σφίλα. Hesiodus in Theogonia φησὶ ὄλοισι. Lycophron in fine Alex.

docet Ælius Gallus: petra est, quæ Jovis [10] dextra, ac sinistra fornix expletura est ad libramentum summi fornix.

(10) Qui locus.

Petreja vocabatur, quæ pompam præcedens in coloniis, aut municipiis imitabatur animum ebriam ab agri vitio, scilicet petris, appellata.

PAULUS.

Petre s, aut agri vitio ve præcilli c ver-tar ad illam impudentior nter legationes test.

FESTUS.

Petronia amnis est in Tiberim profluens (11) quam magistratus auspiciato transeunt, cum in campo quid agere volunt: quod genus auspicii peremne vocatur: amnem autem feminine antiqui enuntiabant.

(11) Petronis, v. c.

Petronia nomen amnis in Tiberim defluentis.

PAULUS.
(12) Petronesi.

Petrones (12), rustici a petrarum asperitate, & durtia dicti.

FESTUS.

Petrones rustici fere dicuntur propter vetustatem & quod deterrima quæque ac prærupta jam agri petrae vocantur, ut rupices iidem

Petulantes (c), & petulci etiam appellantur, qui protervo impetu, & crebro petunt lædendi alterius gratia. Vergilius quarto Georgicorum: neque oves, hedique petulci Floribus insultent: & cornigeras norunt matres agnique petulci: & Afranius in Ida: nostrum in conventum, aut confessum ludum, lapsumque petulcum: interdum pro veloci usi videntur antiqui, ut hoc versu intelligi potest: exilivit (13), quasi petulcus quidem, pedicus convibravit.

(13) Exilivit.

Phascola (14) appellant Græci, quas vulgus pernas (15) vocant.

PAULUS.
(14) Phascola Phascola Phascola.

Piacularia auspicia appellabant, quæ sacrificantibus (16) tristitia portendebant: cum aut hostia ab ara profugisset, aut percussa rugitum dedisset, aut in aliam partem corporis, quam oporteret, decidisset (17).

(15) Pernas, v. c. peras.

(16) Cum sacrificabant.

(17) Cecidisset.

..... ria app quendi c fugit: aut oportuit pæ

FESTUS.

Piacularis Romæ porta appellatur propter aliqua piacula, quæ ibidem fiebant, vel, ut ait Cloatius (18) cum ex sacro (19) per aliquem piaculo solvitur, ut aliqua (20) piandi, propitiandique causa immolatur.

(18) Cluentius.

(19) Cum sacro.

(20) Alicujus.

Piacularis porta Romæ dicta propter aliqua piacula, quæ ibidem fiebant.

PAULUS.

Piari eos, veluti proprio verbo, ait Verrius, qui parum sint animati, cum mentis suæ non sint, & per quædam verba liberantur incommodo.

FESTUS.

Piatrix dicebatur sacerdos, quæ expiare erat solita, quam quidam simulatricem, alii sagam, alii expiatricem vocant: & piamenta etiam dicebantur, quibus in expiando utitur.

PAULUS.

Piatrix dicebatur sacerdos, quæ expiare erat solita, quam alii sagam vocabant. Piamenta quoque dicebantur, quibus utebantur in expiando.

FESTUS.

Picati (d) appellantur quidam, quorum pedes for-

FESTUS.

formati sunt in speciem sphingum, quod eas Do-
 ri phicas (1) vocant.
 [1] *Picas.* Picena regio, in qua est Asculum, dicta, quod
 PAULUS. Sabini, cum Asculum proficiscerentur, in vexillo eorum picus confederit.
 Picta quæ nunc toga dicitur, antea vocabatur
 purpurea, eaque erat sine pictura.
 FESTUS. Picta quæ nunc toga dicitur, purpurea antea
 vocitata est, eaque erat sine pictura: ejus rei argu-
 mentum est pictura in æde Vertumni,
 & Consi, quarum in altera M. Fulvius Flaccus,
 in altera T. (2) Papirius Cursor triumphantes
 (2) *L.* ita picti sunt. Tunica autem palmata a latitudine
 clavorum dicebatur, quæ nunc a genere picturæ
 appellatur.
 Pictor a) Zevis risu mortuus, dum ridet effuse
 pictam a se annum γράειν (3): cur hoc loco
 (3) *γράφειν.* relatum sit a Verrio, cum de significato verborum
 scribere propositum habuerit, equidem non video,
 cum versiculos quoque addere tulerit,
 & ineptos pati, sed nullius Prætoris (4) præ-
 (4) *Austrii,* vel *poetæ.* textu nomine, qui tamen sunt ii: *Nam quid
 modi facturis risu 5) denique? Nisi pictor fieri
 vult, qui risu mortuus est.*
 Picum (b) avem quidam dictum putant a Pico
 rege Aboriginum, quo dissolutus (6) sit.
 (6) *Quod is filius.* Pierides musæ propter amœnitatem, ac solitudinem
 Pierii montis dictæ videntur, quo (7) eæ
 (7) *Quod.* secretis locis propter studia liberalia delentur.
 PAULUS. Pierides musæ a Pierio monte dictæ sunt.
 Pietatem ut deos ceteros colebant Romani.
 FESTUS. Pietati (c) ædem ab Acilio consecratam ajunt,
 (8) *Quædam.* eo loco, quo quondam (8) mulier habitaverit,
 quæ patrem suum inclusum carcere mammis suis
 (9) *Impunitus.* clam aluerit, ob hoc factum impunitas (9) ei
 concessa (10) sit.
 (10) *Concessus.* Pigere, interdum pro tardari, interdum pro
 pœnitere poni solet.
 PAULUS. Pignora pignora eo modo, quo Valesii, &
 FESTUS. Aufelii, Pinosi pilei (11) dicebantur.
 [11] *Pinosi,* *Palisii,* *v. c. Pinosi,* *Papisii.* Pila, quæ parietem sustentat, ab opponendo
 dicta est.
 PAULUS. Pila (d), & effigies viriles, & muliebræ ex
 lana compitalibus suspendebantur in compitis,
 quod (hunc diem festum) esse deorum inferorum
 (12) (12) *Inferiorum.* (12), quos vocant lares, putarent, quibus
 tot pilæ, quot capita fervorum, tot effigies,
 quot essent liberi, ponebantur, ut vivis parcerent,
 & essent his pilis, & simulachris contenti.
 compitis deorum la
 quot ut li ocantur
 enti ipio fortu eris
 nit emu urbem an-
 nis quum pu n debebat
 Pilani, pilis pugnantes. PAULUS.
 Pilare, & compilare a Græco trahitur. Græci
 enim plures (13) piletas (14) dicunt. [13] *Fures.*
 Pilare, & compilare sunt, qui Græce origi- (14) *πει-
 nis Græci enim fares piletas* *ράτους.*
 Pilat, pilos habere incipit: alias pro detrahit
 pilos, a quo depilati. FESTUS.
 Pilates genus lapidis. Cato: *Lapis candidior,
 quam pilates.* PAULUS.
 Pilates lapidis genus, cujus meminit Cato ori-
 ginum libro quinto: *Lapis candidior, quam pi-
 lates* [15]. [15] *Pelagos, v. c.*
 Pilea Castori, & Polluci dederunt antiqui, quia
 Lacones fuerunt, quibus pileatis pugnare [16] mos est.
 PAULUS. (16) *Militare.*
 Pilentum, vehiculi genus, quo matronæ ferebantur.
 FESTUS. Pilentis (e), & carpentis per urbem vehi matronis
 concessum est, quod cum aurum non reperiretur,
 ex voto, quod Camillus voverat Apollini Delphico,
 contulerunt.
 Pilumnoe poploe in carmine saliare, Romani
 velut pilis uti assueti: vel quia præcipue pellant
 hostes (17). (17) *Hostis.*
 Pimpleides (18) musæ a fonte Macedoniæ dictæ,
 propter liquoris ejus unicam subtilitatem [19].
 PAULUS. (18) *Pimpleides, vel Pepsides, vel Pepsides.*
 Papatio clamor plorantis lingua Osorum.
 Piripit Osce quidquid. (19) *Felicitatem, vel facilitatem.*
 Pisatitem Nævius dixit e Pisis oriundum.
 Pisatitem appellat Nævius Pantaleontem e Pisis
 oriundum tyrannum: cum alioqui inde profecti
 nunc Pisani dicantur. FESTUS.
 Piscatorii (f) ludi vocantur, qui mense Junio
 fieri solent pro quæstu piscantium trans Tiberim.
 PAULUS. Piscatorii ludi vocantur, qui quotannis mense
 FESTUS. Junio trans Tiberim fieri solent a Præto-
 re Urbano pro piscatoribus Tiberinis, quorum quæstus
 non in macellum pervenit, sed fere in aream
 Volcani, quod id genus pisciculorum vivorum
 datur ei deo pro animis humanis.
 Piscatorii ludi dicebantur, qui fiebant pro
 quæstu piscantium. PAULUS.
 Piscal-
 xandra *Θίστρον πίκας.* Picas vero pro phicas dici, ut Pænos, & Alpes, & Philippum: & triumphum manifestum est. Hæc etiam Fulvius noster.
 a Sunt hic nonnulla mentio, quæ non facile emendari possunt.
 b De Pico rege in avem a Circe converso Verg. lib. vii. Æneid. lib. xiv. Metam. Hunc optimum augurem fuisse, & picum avem diligentius ceteris observasse, ait Servius ex libris Pontificalibus. Vidend. Plin. lib. x. cap. xviii. Ex his Festi verba, quæ desiderantur, suspicaberis.
 c Eam ædem vovit Manius Acilius Glabrio, qui Proconsule de rege Antiocho triumphavit, dedicavit filius in foro olitorio, & illic statuam auratam patris, quæ prima omnium in Italia statua aurata fuit, posuit. Liv. lib. xl. De filia, quæ matrem, & de altera, quæ patrem in carcere aluit. Valer. Max. lib. v. cap. iv. Hig. fabula ccliv.
 d Illa verba (hunc diem festum) in plerisque libris non sunt. De Compitalibus, & his pilis: vide Macrobi. lib. i. Saturn.
 e Vide Matronis.
 f Varro lib. v. de ling. Lat. scribit Volcanalibus populum animalia pro se in ignem mittere solitum. Ea autem non mense Junio sed x. kal. Sept. fiebant. Ovid. tamen lib. vi. Fastor. ludos Tiberinos, & piscatorum refert hoc mense fieri. Sunt qui scribant non a Præto Urbano, sed a populo Rom. urbano ludos fieri: quod mendum ab indocto librario, ad doctos quosdam viros penetravit. In veteri quidem libro, unde ceteri orti sunt, ita est, ut hic scripsimus: *Piscem vivum pro anima hominis in sacrificio oblatum, testis est Ovid. lib. iix. Fastor.*

FESTUS. Piscatorium æs vetusto more appellatur, quod in monte Albano datur pro piscibus.

Piscinæ publicæ hodieque nomen manet, ipsa non extat: ad quam & natatum, & exercitatio- nis alioqui causa veniebat populus: unde Luci- lius ait, *pro obuso ore pugil, pistimensis res est.*

Pistum (a) a pinfendo pro politum antiqui fre- quentius usurpabant, quam nunc nos dicimus.

PAULUS. Planæ tabulæ planæ, ob quam causam Plan- ci appellantur, qui supra modum pedibus plani sunt.

FESTUS. quam cebant dibus
..... colebant ever id
quod pidicus um perculi.

Planta oliaginea est virga foliata ex olea de- plantata.

PAULUS. Plantæ semina olerum [1], quod plana sunt: & appellantur etiam ex simili plantæ nostrorum pedum.

FESTUS. uni vi cis ...
..... esunt causa.

PAULUS. Plaudi (2) appellantur canes, quorum aures languidæ sunt, ac flaccidæ, & latius videntur patere.

FESTUS. ant rta in
..... ntur vz e.

Plebejæ (b) Pudicitæ facellum in vico Longo est, quod cum Verginia patricii generis femina convivio facto inter patres, & plebem sul qu bit
..... fere co ju

PAULUS. Plebejæ Pudicitæ facellum Romæ, ut sacra cetera, colebatur.

Plebei Ediles (c) dissidente plebe a patribus sunt creati.

FESTUS. q. plebei scito suffragium
tu sunt constitu unt, qui
una cum ente plebe a pa vas
vocant, nos as esse, & septem fe-
runt mus a genere magistratus: eas
enim faciendas curaverunt M. Junius Brutus,

Q. Oppius Ediles Plebis.

Plebejum magistratum neminem capere licet, nisi qui ex plebe est. **PAULUS.**

..... nem licet ca eneris est **FESTUS.**
..... sto nomine

Plema sue [d] tellu id genus cum se- retu in fodiendo corrum

Pleantur antiqui etiam sine præpositionibus dicebant.

Plera [e] dixisse antiquos, testis est Pacuvius, cum ait: *plera pars pessundatur.*

Plexa, colligata significat ex Græco, cui nos etiam præpositionem adicimus, cum dicimus perplexa. **PAULUS.**

Plexa, colligata: inde & perplexa.

Plissima (3) plurima.

(3) Plissi-
ma.

Plorare (f), flere, inclamare, nunc significat, & cum præpositione implorare, id est invocare: at apud antiquos plane inclamare: in Regis Romuli, & Latii (4) legibus: *si nurus sacra divis parentum esto*; & in Servii Tullii hæc est: *si parentem puer verberis, ab olle plorassit parentes, puer divis parentum sacer esto*, id est clamarit dixit. **FESTUS.**

(4) Tatii.

Ploti appellantur, qui sunt planis pedibus: unde & poeta Attius, quia UMBER Sarsinas erat, a pedum planicie initio Plotus, postea Plautus est dictus: soleas quoque dimidiatas, quibus utebantur in venando, quo planius pedem ponerent, semiplotia appellabant.

..... Umbri pedibus planis bus **PAULUS.**
utuntur in venando bant semiplotia,
& us poeta, quia UMBER Sarsinas
erat, a pedum planicia initio Plotus, postea
Plautus ceptus est dici.

Ploximum appellari ait Catullus, capsam incisio, capsave (5) cum ait: *gingivas vero ploxi- mi habet veteris.* **FESTUS.**

(5) Cap-
psamut.

Ploxinum (g) capsam dixerunt. **PAULUS.**
Plutei crates corio crudo intentæ, quæ sole-
bant apponi militibus opus facientibus, & appel-
la-

a Locus mendosus, & mancus.

b Pompeii verbis addi potest, quod Livius scribit lib. x. *Insignem supplicationem fecit certamen in sacello pudicæ patriciæ, quæ in foro Boario est: ad eadem rotundam Herculis, inter matronas ortum. Virginiam A. F. patriciam plebejo nuptam L. Volumnio Gossi matrone, quod a patribus enupisset, sacris arcuerant. Ea postea in vico Longo ubi habitabat, ex parte ædium quod satis esset loci modico sacello exclusit, aramque ibi posuit: & convocatis plebeis matronis conquesta injuriam patriciarum; hanc ego aram inquit Pudicitæ Plebeje dedico, &c. Eodem ferme ritu, & hæc ara, quo illa antiquior culta est, ut nulla nisi spectatæ pudicitæ matrona, & quæ uni viro nupta fuisset, jus sacrificandi haberet: vulgata dein religio a pollutis, nec matronis solum, sed omnis ordinis feminis, postremo in oblivionem venit: a Festo historia aliter paulo narrari videtur.*

c Quod Paulus in epitome scribit, verum esse constat ex Dionys. lib. vi. nam cum primum seditio inter plebem & patres sedata est; & Tribunos plebis, & Ediles tum primum a plebe creatos confirmarunt. Nomina tum Edilium non accipi; neque arbitror ea esse, quæ Festus refert: hæc enim scribit eorum fuisse, qui septem quasdam res faciendas curaverunt. Quænam vero hæc septem res fuerint, nondum divinare potuimus: arbitramur autem septem tabernas fuisse, quæ in foro fuerunt postea quinque appellatæ. De quibus Liv. lib. xxvi. *Interruptis hos sermones nocte, quæ pridie quinquatrus fuit, pluribus simul locis circa forum incendium ortum: eodem tempore septem taberne, quæ postea quinque, & argentaria, quæ nunc nova appellantur, arserunt.* De eisdem in lib. de regionibus urbis Sexti Rufi mentio fit.

d Telluri gravis sue sacrificari docet Ovid. lib. I. *Fastor. Placentur frugum matres Tellusque Ceresque Fovee suo gravidæ, visceribusque suis.* Item forda bove, Fordicidiis. Idem lib. iv. *Nunc gravidum pecus est gravidæ quoque: semine terræ Telluri plena victima plena datur.* Arnob. lib. vii. Ita emendandus Telluri matri scrophæ ingens imolatur forda, non feta. Cur sus imolaretur, videtur Festus reddere rationem; quia cum fereretur, rostro suo fata corrumpere: quod Ovid. etiam explicat lib. xv. *Metam.* & lib. I. *Fastor.*

e Pacuv. in Teucro apud Priscian. lib. v. *Periere Danaï, plera pars pessundata est.*

f Verba legis Romuli mendosa sunt: *Si nurus sacra divis parentum esto.* Et deesse arbitror aliquid hujusmodi: *Si nurus incestum passa, non plorassit, sacra divis parentum esto.*

 praedae quidquam aliud, quam mancipia cap-
 tum, quorum vilissima multitudo fuerit.
 Sargus piscis genus, qui in Aegypto mari fe-
 re nascitur. Lucilius: *quem praclarus helops,*
quem Aegypto sargus movebit.
 PAULUS. Sargus piscis genus in mari Aegypto.
 Sarissa, hasta Macedonica.
 FESTUS. Sarissa est hastae Macedonicae genus.
 PAULUS. Sarpta vineta (5) putata, idest pura facta: un-
 (5) Sar- de & virgulae abscissae sarmenta: sarpere enim
 pa vinea. antiqui pro purgare dicebant.
 PAULUS. dest pura di-
 ctæ in pe. ent esse, quæ
 inde etiam res
 dici pu ntiqui pro pur
 Sarpuntur vineæ, idest putantur, ut in duode-
 cim: quandoque sarpta, donec dempta erunt.
 FESTUS. Sarra [b], Tyros (6) insula.
 PAULUS. væ nunc Epiros
 (6) Epi-
 ros, vel Py-
 los, v. c.

Sarte (c) ponebant pro integre, ob quam cau- PAULUS.
 sam opera publica, quæ locantur, ut integra
 praestentur, *sarta recta* vocantur (7): etenim (7) Lo-
 sarcire est integrum facere. cantur.
 rte in augu. gro FESTUS.
 ponitur audire vi
 opera pu. ntegra
 præf. cantur, &
 facere.
 Sas (d) Verrius putat significare eas teste En-
 nio, qui dicat in libro primo: *Virgines nam sibi*
quisque domi Romanus habet sas: cum suas
 magis videatur significare: sicuti ejusdem libro
 septimo, fatendum est eam significari, cum ait:
Nec (8) quisquam philosophia, (quam doctri- (8) Ne-
nam (9) latina lingua non habet sapientia, que. (9) Philo-
quæ peribetur) Insomnis vidit prius, quam sophilam,
sam discere cepit. Idem cum ait *sapsam pro* que doctrina,
ipsa, nec alia ponit in libro sextodecimo: *Quo* v. c.
res sapsa loco sese ostentatque, jubetque; &
Pacuvius in Teucro: Nam Teucrum regi sapsa
res restibiliber.
 Sas, suas. Ennius: *Virgines nam sibi quisque* PAULUS.
domi Romanus habet sas. Sam, eam. Idem En-
 nius: *Neque quisquam philosophiam Insomnis*
vidit prius, quam sam discere cepit. Sapsa, i-
 psa. Idem Ennius: *Quo res sapsa loco sese*
ostentat.
 Sati (e) um in Sannio ca- FESTUS.
 ptum est, quo eam deduxerunt,
 Triumviri M. Valerius Corvus, Junius Scævas
 P. Fulvius (10) Longus ex S. C. kal. Januarii (10) Flu-
 P. (11) Papirio Curfore, C. Junio II. Cos. vius, v. c.
 Satis (f) verbum Verrii melius fuit præterire, (11) L.
 ut mihi videtur, quam tam absurdas (12) opinio- (12) Absu-
 nes suas de eo recitare (13), quas sciens præterii, ri qui, v. c.
 tam Hercules, quam de Scabro, quod proxi- (13) Re-
 mum sequebatur. stare, v. c.
 Satur [g], & vir, & caro non habent (14). (14) Obli-
 Satura, & cibi genus ex variis rebus conditum qua.
 est, & lex multis (15) aliis legibus conferta. Ita (15) Tir,
 que in sanctione legum adscribitur: *neve per sa-* v. c.
turam abrogato, aut derogato. T. Annius Lu-
 scus in ea, quam dixit adversus Ti. Gracchum:
Imperium quod plebes per saturam dederat, id
 K k k k 2 abro-

a Vidend. Plutarch. in problem. utitur hoc proverbio Cicero in epist. ad Fabium Gallum: *Habes Sardos venales alium alio loco nequiores*: quibus verbis interpretatio Capitonis Ciceronis auctoritate confirmatur. Sed quod dicitur Gracchum Faltonis collegam fuisse, eumque de Sardis triumphasse falsum est. Hi enim Consules fuerunt anno DXXV. Is vero, qui triumphavit, collegas habuit, in primo consulatu C. Claudium Pulchrum, in secundo M. Juventium Thalmiam annis DLXXVI. & DXXC. e fastis Capitolinis. Plinius, sive quis alius, qui scripsit libellum de viris illustribus. Capitonis interpretationem sequi videtur in proverbio explicando. Licet nescio quos auctores secutus dicat Gracchum Praetorem Galliam obtinuisse, primo Consulata Hispaniam, altero Sardiniam.
 b Verg. lib. II. Georg. *ut gemma bibat, & Sarrano dormiat ostro.* Servius Tyriam purpuram interpreta- tur, quod Tyros Sarra dicta sit a pisce Sar appellato. Sic Sarranae tibiae dictæ, vel Tyriae, vel Africanæ. Probus Ennium ait dixisse Pœnos Sarra oriundos, idest Tyro.
 c Charif. lib. II. Porphyrio ex Verrii, & Festo, in auguralibus [inquit] libris ita est; *sane, sarteque.*
 d Ennii versus lib. VII. mendosi sunt: quamvis a Paulo non male referantur.
 e Saticulum deductam esse coloniam Paternalis scribit libro priore. Livius, quoque lib. XXVII. *Saticulanus inter colonos fideles XVII. coloniarum enumerat.* De hac igitur Festi verba intelligere possumus: *Saticula oppidum in Sannio captum est, quo postea coloniam deduxerunt,* &c. L. Papirio Curfore V. C. Junio Bruto II. Cos. anno post R. C. CDXL. ex fastis Capitolinis.
 f Inepte Festus neque Verrii opinionem recitat, neque suam explicat, de his duobus verbis: *satis, & scabrum.* Sunt quædam doctis viris condonanda, non enim omnia possumus omnes.
 g Desunt quædam in fine, pura obliqua proportione. Dicendum enim erat *Saturis, viris, caronis;* non: *saturis, viri, carnis.* Vide Charif. lib. II.

abrogatum est; & C. Lælius in ea, quam pro se dixit: dein postero die, quasi per saturam sententis exquisitis, in deditionem accipitur.

PAULUS. Saturam, & cibi genus dicitur ex variis rebus conditum, & lex multis aliis conferta legibus, & genus carminis, ubi de multis rebus disputatur.

FESTUS. Saturnia Italia, & mons, qui nunc est Capitolinus, Saturnius appellabatur, quod in tutela Saturni esse existimantur. Saturnii quoque dicebantur, qui castrum in imo clivo Capitolino incolebant, ubi ara dicata ei deo ante bellum Trojanum videtur; quia apud eam supplicat aperitis capitibus. Nam Italici auctore Ænea velant capita, quod is, cum rem divinam faceret in litore Laurentis agri Veneri matri, ne ab Ulyssæ cognitus interromperet sacrificium, caput adoperuit, atque ita conspectum hostis evitavit.

(1) Quo etiam, v. c. quoniam.

Saturno [a] dies festus celebratur mense Decembri, quod eo ædis est dedicata: & is culturæ agrorum præsidere videtur, quod etiam (1) falx est ei insigne: versus quoque antiquissimi, quibus Faunus fata cecinisse hominibus videtur, Saturnii appellantur: quibus, & a Nævio bellum Punicum scriptum est, & a multis aliis plura composita sunt: qui deus in salariis Saturnus (2, nominatur videlicet a sationibus.

[2] Satir-nus.

..... sacrificium fit cap.
 Metellus Pont. fet
 adesset, ut eum pici Ser. F.
 inaug. ret se sacra sibi
 fam. plicandum esse capite ..
 esset futurum, ut cum ap.
 facienda esset, Pont.
 Claudius provocavit
 tifici esset, Claudius f. Sa-
 turno sacra fecit re xum Tar-
 pejum appell. tis, qui ob sepul-
 tam Ta eum montem Sabinis ..
 nominatus est: vel
 L. Tarpejus Romulo
 tas virgines advers.
 xum est denoxi pœræ
 noluerunt funestum locum ..
 Capitolii congi.

PAULUS. Scævra res dicitur, mala quasi sinistra: *σκυδὸν* enim Græce *sinistrum* dicitur.

Scævani (b) volgus quidem & in bona, & in mala revocat, cum ajunt bonam, & malam
 in mala pone apud
 Græcos c. pro sinistro sca
 tius in belli Hi. fen-
 tit: scævi obit p-nitus

Scandulaca genus herbæ frugibus inimicæ, quod eas velut hedera implicando necat.

Scandu inimicæ, quod **FESTUS.**
 eas necat.

Scaptensula locus ubi argentum effoditur in Macedonia dictus a fodiendo: namque Græce *σκαπτειν* effodere dicitur. Lucretius: *Quales exspiret scaptensula subter odores.*

Scapten in Macedonia **FESTUS.**
 quod est Græce *σκαπ* lis exspi-
 ret Scap

Scaptia tribus a nomine urbis Scaptiæ appel-
 latur. **PAULUS.**

S mine urbis Scaptiæ **FESTUS.**
 incolebant.

Scelerata porta, quæ & Carmentalis dicitur **PAULUS.**
 vocata, quod per eam sex & trecenti Fabii cum
 clientium millibus quinque egressi adversus E-
 truscos ad amnem Cremeram omnes sunt inter-
 fekti.

Scelle ellatur a quibusdam **FESTUS.**
 orunt, quod ei proxima n Cir
 rata autem, quod per ea n clien-
 tium millibus truscos ad amnem ..
 festi: qua ex cau trare,
 egredive

Sceleratus (c) campus app linam,
 in quo virgine fecerunt, defossæ sunt.
 appellatur antea atria bo-
 nius, cui negotium da conquireret
 facella, at curavit: quia in eo lo-
 co facellam fuit: quod ignora ..
 ut quidam fulgur conditum
 fas est integri: semper forami to
 cælum patet.

Sceleratus campus appellatur proxime portam **PAULUS.**
 Collinam, in quo virgines Vestales, quæ ince-
 stum fecerunt, vivæ defossæ sunt.

Sceleratus vicus Romæ appellabatur, quod
 cum Tarquinius Superbus interficiendum curas-
 set Servium Regem socerum suum, corpus ejus
 jacens filia carpento supervecta sit properans in
 possessionem domus paternæ.

Sceleratus vi quod cum Tarqui-
 nius Superbus interficie fet Ser. Tul-
 lium Regem soce nto supervecta est
 pro domus paternæ. **FESTUS.**

Scena ab aliis, a quibusdam facena appellatur
 dolabra pontificalis.

Scena, sive facena, dolabra Pontificalis. **PAULUS.**

Scenam genus manifestum est, **FESTUS.**

sed futurum (3) securis, an dolabra sit, ambi-
 gitur: quam Cincius in libro, qui est ei (4) de (3) *Vivam.*
 verbis prisca, dolabram ait esse Pontificiam. Li-
 vius in Lydio: *corruit, quasi ictus scena, haud*
multo secus. [4] *Secun-*
du.

Scen-

^a Festi verba videntur pertinere ad Saturni sacrificia: quæ capite aperto fierent, ut verbo *Saturnia* dictum est, & Plurarch. in Problem. Macrobi. lib. 1. Saturn. Serv. lib. III. Æn. hoc idem scribunt, idemque Hono-
 noti fieri, propterea quod caput aperire honoris causa potentioribus soleat, ut Plin. tradit lib. xxviii. cap.
 vi. Addit Festus inter Metellum Pontificem Max. & Claudium contentione fuisse, eumque fortasse mul-
 tasse, quod Saturno capite aperto fecisset in Sulpicii Ser. F. in auguratione: Claudiumque provocasse, sed
 non obtinuisse. Hæc non dum reperimus apud alios scriptores.

^b Saxum Tarpejum, de quo Dionys. & Livius scripserunt, a Terpeja L. Tarpei filia, quam multi fe-
 runt, Sabinis Capitolii arcem prodidisse quod Dionysio non probatur. De saxo autem deiiciebantur insigni
 aliquo crimine damnati: eaque de causa, ut locus funestus cum reliqua parte capitoli non erat cen-
 junctus. Vide *Tarpeje*.

^c Sunt hic quædam quæ ad aliud verbum pertinent, quod adhuc quæro.

Scenfas nunc cenas ,
quæ autem habebant , & pro
ceni

PAULUS. Scenfas (1) Sabini cenas dicebant: quæ autem
(1) Scen- nunc prandia sunt, cenas habebant, & pro cenis
nas. *vespernas* appellabant.

Schedia genus navigii inconditum, idest trabi-
bus tantum inter se nexis factum: unde mala
poemata schedia appellantur.

FESTUS. a genus navigii
. se connexis fac fe-
runt: post amissam us quoque
poemata is perfectis, qui ef-
fent um dixit, qui schedium fa

Scheniculas (a) app. trices
Plautus propter usum ung.
. quod est pessimi generis: ita-
que iraculæ cum extri-
tis idem: pro sedas, pisto-
rum miseras schœno di-
li as.

PAULUS. Scheniculæ appellantur meretrices, propter
usum unguenti schœni, quod est pessimi generis.

Scholæ dictæ sunt ex Græco *σχολάζω*, a vaca-
tione, quod ceteris rebus omissis vacare liberali-
bus studiis pueri debent.

FESTUS. Scholæ dictæ sunt non ab otio, ac vacatione
omni, sed quod ceteris rebus omissis, vacare li-
beralibus studiis pueri debent, ut etiam ludi ap-
pellantur, in quibus minime luditur, ne tristi
aliquo nomine fug. nera.

(2) Scir- Scirpus (b) (2) est id, quod in palustribus locis
ptum, v. c. nascitur leve, & procerum, unde tegetes fiunt:
inde proverbium est in eas natum res, quæ nul-
lius impedimenti sunt, in scirpo nodum quærere.

Ennius: *Quærunt in scirpo, soliti quod dicere,
nodum*; & Plautus in Aulularia: *quasi pueri, qui
nare discunt, scirpo induetur ratis*. Novius in
Phœnissis: *sume arma, idest an* (3) *occidam cla-
va scirpia*.

PAULUS. Sciscito (4), sententiam dico.

FESTUS. Scita plebei appellantur ea, quæ plebs (5) suo
(4) Sci- suffragio sine patribus iussit plebejo magistratu
sco. rogante.

(5) Pleps, Scitum populi (c) tus
v. c. patricius fragiis iussit ex
patribus, & am leges scrib
. tum est, quod TR.
. gavit: idest consu
. plebes autem est
. præter patricos bona

a Plautus in Nervalia apud Varronem lib. vi. de ling. Lat. Diobolares, schœnicule, miraculæ. Schœ-
niculæ (inquit) ab schœno nucario unguento. Ira enim arbitror illic scribendum esse. Miraculæ autem a
miris, idest monstris interpretatur. Credendum est hæc Plauti verba Festum etiam retulisse; & postea ex
Pœnulo ejusdem: *Profedas, pictorum amicas velliqias halicarias, Miseras, schœno delibutas, servilicolas sor-
didas*.

b In veteri libro est hoc loco. Sex. Pompei Festi de verborum significat. lib. xviii. Incipit lib. xix.
scriptum est &c. alias Scirpus Plaut. Scirpea induitur ratis: vel ut velut Faernus, *induitur*, propter versum.

c Pro plebiscito, vel potius pro lege dictum esse verisimile est: nam plebis appellatione neque patricii,
neque senatores continentur: cum ii in populo sint. Quod igitur patricio interrogante populus suis suffra-
giis iussit: *scitum* populi dicitur: quod vero Trib. pl. rogavit plebem, id *plebiscitum* est. Scitus etiam pe-
ritus a poetis dictus est, & bona facie puer, & puella scita. Terent. in Andria: *Perecastor scitus est
puer natus Pamphilo*. Idem in Phor. *Satis*, inquit, *scita est*; & in Heautont. *At si scias, quam scite in
mentem venerit*. Hæc, vel his similia Festus scribit.

d Vidend. Varro lib. vi. de ling. Lat.

facie: alias bonis poetis usur-
pantur. Te. fatis, inquit, sci-
ta, & menon. At si scias, quam
scite (6) ut Ennius in libro
sexto. Lumen scitus agaso. (6) Sci-
to.

Scorta (d) appel etudine rusti-
corum quos solebant di
. delicularum, omnia appellan-
tur tenorum ab isdem ef-
se ait.

Scorta appellantur meretrices: quia ut pelli-
culæ, subigantur: omnia namque ex pellibus
facta *scortea* appellantur. Scortes, idest pelles
testium arietinorum ab eisdem pellibus di-
ctæ (7).

Scortum (8) pellicum, in quo sagittæ re-
conduntur, appellatum ab eadem causa, qua
scortum: *σκύτος* enim Græci pellis dicitur: unde
scutica, & *scuta*, quia non sine pellibus sunt.

. tum vocabatur recon-
duntur, ab ea quia pellibus nomen
a Scyticæ, & scuta

Scruptæ dicebantur nugatoriæ, ac despicien-
dæ mulieres, ut ait Verrius (9) ab iis, quæ *screea*
iidem appellabant, idest quæ quis excreare so-
let, quatenus id faciendo se pargaret. Titinius in
Prilla: *rectius mecastor, Piculetæ Postumæ Le-
ctum hodie stratum vidi scriptæ muli*

Scruptæ nugatoriæ, ac despiciendæ mulieres.

Scribas proprio nomine antiqui, & librarios,
& poetas vocabant: at nunc dicuntur scribæ qui-
dem librarii, qui rationes publicas scribunt in ta-
bulis: itaque, cum Livius Andronicus bello Pu-
nico secundo scripsisset carmen, quod a virgini-
bus est cantatum, quia prosperius respublica po-
puli Romani geri cœpta est, publice adtributa
est (&) in Aventino ædis Minervæ, in qua lice-
ret scribis, histrionibusque consistere, ac dona
ponere in honorem Livii, quia is, & scribebat
fabulas, & agebat.

Scriptum (10) lapidem esse ait, & ita voca-
ri, Antistius Labeo in agro Menullino, ubi (11)
divinam rem facerent (12).

Scripturarius ager publicus appellatur, in
quo, ut pecora pascantur, certum æs est, quia
publicanus scribendo conficit rationem cum pa-
store.

Scrupi dicuntur aspera faxa, & difficilia attre-
tatu: unde scrupulosam rem dicimus, quæ ali-
quid in se habet asperi.

. faxa, & difficil ri infue-
tæ,

(6) Sci-

PAULUS.

(7) Disti.

(8) Scrant-
eum.

FESTUS.

(9) Unus,
v. c.

PAULUS.

FESTUS.

(10) Scri-
brum, v. c.

(11) Ubi
scriba in
v. c. utrum-
que deest.

(12) Fac-
ret, v. c.

PAULUS.

FESTUS.

tæ, aut Iere. Ennius in Ar
 . . . tita saxa, atque hof unde scrupulofam in fe aspera. Corne
 . . . IV. Histum injectus et quædam dubitatio
 Scurræ vocabulum Verrius ineptissime aut ex Græco tractum ait, quod est *σχυροζών*, aut a sequendo, cui magis adlentitur, quod & tenuioris fortunæ homines, & ceteri alioqui, qui honoris gratia prosequerentur quempiam, non antecedere, sed sequi sint soliti, quia videlicet dicat Lucilius. Cornelius Publius noster Scipiadas dicto, tempusque intorquet in ipsum Oti, & deliciis, luci effectæ, atque cinædo. Et sectatori adeo ipsi suo, quo rectius dicas. Ibat forte domum, sequimur multi, atque frequentes. Cum secutos videri velit, ob eorum jurgia, non ob aduetum officium.

PAULUS. Scutilum tenue, & macrum, & in quo tantum exilis pellicula cernitur.

FESTUS. Scut Græco: ut cum dicim lem aliquem dem pompa aliud d. tilum de scruti qui virtute p scuti locum co

PAULUS. Sed (1) pro sine inveniuntur posuisse antiqui. [1] Se. Secespita cultrum ferreum oblongum manubrio eburneo rotundo solido victo ad capulum auro, argentoque, fixo (2) clavis æneis ære cyprio quo Flamines, Flaminicæ virgines, Pontificesque ad sacrificia utebantur: dicta autem est secespita a secando.

[2] Fixum. FESTUS. Secespitam esse Antisti ferreum oblongum mani o solido victo ad ca fixum clavis æneis æ nes, Flaminicæ virgi crificia, utuntur, ea a in sacrario utuntur rediculo æneo olim nubæ relicte sunt tangere licet est sed & aliis in locis, et quædam ira secespitæ di

PAULUS. Secespitam alii securim, alii dolabrum æneam, alii cultellum putant. Seceffiones, narrationes.

FESTUS. Secium libum est, quod secespita secabatur. est, quod secespita secatur æ soleat necessariis sa.

PAULUS. Seclusa sacra dicebantur, quæ Græci mysteria appellant.

PAULUS. Secordiam quidam pro ignavia posuerunt. Cato pro stultitia posuit: compositum autem videtur ex se, quod est sine, & corde.

FESTUS. am quidam M.

Cato pro VII. cum ait mensam t ne quid neg retur compos. quod est sine
 Sectarius vervex, qui gregem agnorum præcedens ducit. PAULUS.
 Sectio (a), persecutio juris.
 Sectores, & qui secant, dicuntur; & qui emptæ sua persequuntur.
 Secundæ res non a numero dicuntur, sed quia, ut velimus, sequuntur.
 Secus [b], aliter: haud fecus, non aliter.
 Secus Valgius putat ex Græco, quod est *ἐκχῆς*, dictum, absurde scilicet: significat enim aperte aliter exemplis omnium fere, qui eam vocem usurpant. FESTUS.
 Sediculum (3), sedile. PAULUS.
 Sedum, alii sadum, appellant herbam, quam Opilius Aurelius sesuvium vocari ait, eamque in tegulis seri, nec quamobrem id fiat, indicat. (3) Sediculam. FESTUS.
 Seges dicitur ea pars agri, quæ arata, & conlita est: a ferendo videlicet.
 Segesta (c), quæ nunc appellatur, oppidum in Sicilia est, quod videtur Æneas condidisse præposito ibi Egesto, qui eam Egestam nominavit. Sed præposita est ei S littera; ne obsceno nomine appellaretur, ut factum est in Malevento, quod Beneventum dictum est, & in Epidamno, quod usurparunt Dyrrachium.
 Segnitia [d] honestum. Terentius segnitæ: neque socor
 Segnitia dicitur, quod sine nitendo quid utile, aut honestum. Terentius: *Enimvero Dave nihil loci est segnitæ, neque socordia.* PAULUS.
 Seliquastra genus fedilium.
 Seliquastra fedilia antiqui generis appellantur D littera in L conversa, ut etiam in sella factum est, & sub sellio, & folio, quæ non minus a sedendo dicta sunt. FESTUS.
 Sellæ curulis (e) locus ictori posteriusq. xime facellum Mer ciebant spectæ
 Sementinæ feriæ fuerunt institutæ quasi ex iis fruges grandescere possint (4). PAULUS.
 Semis, semodius, semuncia ex Græco trahuntur, sicut & alia nonnulla, quæ S litteram pro aspiratione eorum habent, ut *ἑπτὰ* septem, *ὑλη* silva: sic ista ab eo, quod illi dicunt *ἡμισυ* declinata sunt. (4) Post sent.
 Semis, semodi tione ex Græ litteram pro

a Ascon. lib. III. Verrin. Sectorem dicit estimatorem, redemptoremque bonorum damnati, atque proscripti, qui spem sectans lucri sui bona omnia auctione vendit, & semel infert pecuniam vel ærario, vel fociis. Sectio autem est ea redemptio. Cicero Philipp. II. *Hasta posita pro æde Jovis Statoris bona Cn. Pompei Magni voci acerbissime subiecta præconis. Qui ad illud scelus sectionis audeat accedere, inventus est nemo præter Antonium; & postea: Cum sector sis isto loco natus, deinde cum Cn. Pompei sector: non execrandum populo Rom. &c.* Ex his vides Pauli epitomen nimis concisam esse in horum verborum interpretatione.
 b Vide Sexus. Charif. lib. I. ait *secus* pro *sexu* dici, & adverbium significare aliter. Ceterum quod vulgus usurpat *secus illum sedi*, hoc est *secundum illum*, & fatuum, & fordidum est. Hæc ille.
 c Vide Beneventum.
 d Terent. in Andria.
 e Hæc ignoramus.

..... habent, ut
 silvæ: sic *σν* dicunt.....
 Sempronia (a) horrea, qui locus dicitur, in eo fuerunt lege Gracchi, ad custodiam frumenti publici.

(1) *Rodidit*, v. c.

Senacula tria fuisse Romæ, in quibus Senatus haberi solitus sit, memorie prodidit 1) Nicoftratus in libro, qui inscribitur de Senatu habendo: unum, ubi nunc est ædis Concordiæ inter Capitolium & forum, in quo solebant magistratus D. T. (2) cum senioribus deliberare: alterum ad portam Capenam. Tertium citra ædem Bellonæ, in quo exterarum nationum legatis, quos in urbem admittere nolebant, senatus dabatur.

PAULUS.
 FESTUS.

Senaculum locus Senatorum.
 Senatores a senectute dici satis constat, quos initio Romulus elegit centum, quorum consilio Rempubliam administraret. Itaque etiam patres appellati sunt, & nunc cum senatores, adesse jubentur, quibusque in senatu sententiam dicere licet: quia ii, qui post lustrum conditum ex junioribus magistratum ceperunt, & in senatu sententiam dicunt, & non vocantur senatores ante, quam in senioribus sunt censi.

Senatus decretum a consulto Ælius Gallus sic distinguit, ut id dicat particulam quandam esse senatus consulti, ut cum provincia alicui decernitur, quod tamen ipsum senatus consulti est.

(3) *Spondeant*.

Senis crinibus nubentes ornantur, quod is ornatus vetustissimus fuit: quidam quod eo Vestales virgines ornentur, quarum castitatem viris suis sponcæ (3) a ceteris.

Senium (b) a senili acerbitate, & vitii dictum: posuit Cæcilius in Hymnide: *Sine suam senectutem ducat utique ad senium sorbitio.*

Senonas, Gallos, Verrius ait, existimari appellari, quia novi venerint ex transalpina regione *Ξένους*, postea Seno

(4) *Lupa*.

Sentes (c), cum constet esse spinas, & Afranius in Abducta dixerit: quam senticosa verba per torquet turba (4): pro spinosis accipi debet.

(5) *Quam multe aque*, v. c.

Sentinare, fatagere, dictum, a sentina, quia multam aquam (5) navis cum recipit, periclitatur. Cæcilius in Æthrione: *cum Mercurio capit consilium, postquam sentinat satis.*

PAULUS.

Sentinare, fatagere, dictum a sentina navis,

quam quis ut aqua liberet, evacuare contendit. Itaque sentinare subtiliter periculum vitare. Cæcilius: *Capit consilium, postquam sentinat satis.*

Seplasia (d) vo plurimi unguenta cujus meminit Cicero. Seplasiam audiebam te, ut primum aspe Consulem repudiavit.

FESTUS.

..... (e) septem stellæ appel bus junctis, quos trio appellant, quod junc quasi teriones quod id astrum Græ partem quandam Ennius: supera et physici eum sum contem ajunt, quod ita sunt ut ternæ proxim trigona.

Septimontio, ut ait Antistius Labeo hisce montibus feriæ Palatio, cui sacrificium, quod fit, Palatuar dicitur. Velia (6), cui item sacrificium. Faguali (7), Suburæ, Cermallo (8), Oppio, Cælio monti, Cispio monti. Oppius autem appellatus est, ut ait Varro Rerum humanarum libro octavo, ab Opita (9) Oppio Tusculano, qui cum præsidio Tusculanorum missus ad Roman tuendam, dum Tullus Hostilius Vejos oppugnaret, confederat in cariois, & ibi castra habuerat, similiter Cispus (10) e Lævo Cispio Anagnino, qui ejusdem rei causa eam partem Esquiliarum, quæ jacet ad vicum patricium versus, in qua regione est ædis Mefitis tuitus est.

(6) *Vil-*

la, v. c.

(7) *Fagu-*

tali.

(8) *Ger-*

malo.

(9) *Opi-*

tre.

(10) *Cisi-*

tion, v. c.

Sacrificium, quod fiebat Romæ in monte Palatino, Palatuar dicebatur.

PAULUS.

Septimontium (f) appellabant diem festum, quod in septem locis faciebant sacrificium, Palatio, Velia, Faguali, Subura, Cermallo (11), Cælio, Oppio, & Cispio.

(11) *Ger-*

malo.

..... pellatur mense astis agonalia ntibus fiunt fa Fagutali, Subura Cispio.

FESTUS.

..... chrum est, ut ait Gallus Æl mortuus sepultus est: quod ant labant: hisque cippis, aut aliq tui causa designatus est intra pultura est facta.

Se quamque (g), seorsum quamque.

a Videtur repetendum esse verbum *horrea* post verbum *fuerunt*. Loquitur autem de lege Frumentaria C. Gracchi de qua Cicero Tusc. lib. III. & Flor. epit. LX.

b Cæcilius versus mendo non caret.

c Verbum turba mendosum esse ait Faernus, ratio enim carminis jambum, vel pyrrichium postulat.

d Platea Capuæ ita appellabatur, in qua unguentarii negotiari erant soliti. Pedian. in Pison. Verba autem Ciceronis a Festo relata sunt eadem illa, quæ Asconius interpretatur: *Seplasia mebereule, ut dici audiebam, te ut primum aspexit, Campanum Consulem repudiavit.*

e De Septentrionibus hæc intelligenda sunt: de quibus Varro lib. VI. de ling. Lat. Has septem stellas Græci, ut Homerus vocat *ἀμάρτυρες*, & propinquam ejus lignum *βωρίων*: nostri eas septem stellas boves, & triones, & prope eas axem. Triones enim & boves appellantur a bubulcis etiam nunc, maxime cum arant terram: e queis ut dicti valentes glebarii, qui facile proscindunt glebas, sic omnes qui terram arant, a terra teriones, unde Heriones ut dicerentur E detrito; & postea: Possunt triones dici septem, quod ita sitæ stellæ, ut ternæ trigona faciant. Hæc Varro, & Gell. lib. XII. cap. XXI. eadem Festus hoc loco scripserat: tantum addit Ennii versus, qui non extant. Pro his substituam denarii mentionem L. Lucretii Trionis, in quo septem stellæ videntur.

f Varro lib. V. de ling. Lat. Dies septimontium nominatus ab iis septem montibus, in queis sita urbs est: feriæ non populi, sed montanorum modo, ut Paganalibus, qui sunt alicuius pagi. Mirum autem est hoc loco, & proximo pro septem montibus, octo loca urbis enumerari. Palatium, Velias, Fagutal, Suburam, Cermalum, Oppium, Cælium, Cispium montes. Vide Plutarch. in Problem.

g Sepulchrum est, ut ait Gallus Ælius, ubi mortuus sepultus est: quod antiqui bustum appellabant; isque cip-

cip-

... (a) ... is dicitur, qui inter aliquos . . .
 . . . inter eos convenerit quid ut ei
 reddat, qui id stiterit. Cato in ea
 ora de indigitibus: sinunt
 . . . ut bona rapiant, aut sequestro
 dent, & Pla sic sequestro mihi
 data

Serilla (b) Verrius appellari putat navigia I-
 (1) Hi- strica (1), ac Liburnica, quæ lino, ac sparto
 stricia, v. c. condensantur: conserendo, & contextendo di-
 cta: quia dicat Pacuvius in Niptris: *nec ulla*

(2) Sub- subcus (2) *cohibet compagem alvei; Sed sutu*
 scus. lino, & sparteis serillibus: cum περυστι-
 (3) περυστι- κῶν (3), & ficto vocabulo usus sit pro funicu-
 φρυστικῶν, lis, quis sparto conferuntur.

Serilla navigia Istrica, quæ lino, ac sparto
 V. C. condensantur: a conserendo, & contextendo di-
 PAULUS. cta.

Serius Attius a fero comparavit: ait enim:
Ne, si forte paulo, quam tu veniam serius.

FESTUS. Serius (4) a fero videtur dictum. Attius in
 (4) Se- Amphitryone: *Ne, si forte paulo, quam tu ve-*
 tius, v. c. *niam serius* (5).

(5) Se- Sero sapiunt Phryges, proverbium est natum
 tius, v. c. a Trojanis, qui decimo denique anno velle cœ-
 perant Helenam, quæque cum ea erant rapta,
 reddere Achivis.

PAULUS. Serpsit antiqui pro serpsit, usi sunt: unde
 serpulæ dictæ, quas nunc serpentes dicimus, ex
 græco, quod illi ἐρπετῶν, nos pro aspiratione eo-
 rum S littera posita ut ἕξ, sex, ἑπτὰ, septem.

FESTUS. antiqui pro serpsit ulæ
 dictæ, quas nunc ser e co, quia illi
 ἐρπετῶν, nos S littera posita, ut . . .

Serpula serpsit, ait [idem] Messalla, ser-
 pens inrepsit.

Serra præliari dicitur, cum assidue acceditur,
 recediturque, neque ullo consistitur tempore.

(6) Sum, Cato de re militari: *sive* (6) *forte opus sit cu-*
 v. c. *neo, aut globo, aut forcipe, aut turribus, aut*
serra, uti adoriare.

PAULUS. Serra præliari dicitur, cum assidue accedi-
 tur, recediturque, neque ullo tempore consi-
 stitur.

FESTUS. Sertorem quidam putant dictum a prendendo,
 (7) Adse- quia cum cupiam afferat (7) manum educendi
 v. c. ejus gratia ex servitute in libertatem, vocetur

adsertor: cum verisimilius sit dictum, qui sere-
 ret quid, ac potius *adsertorem* a serendo cepisse
 nomen, cum aliquem serat petendo in liberta-
 tem eandem, qua ipse sit, idest jungat, quia fru-
 ges cum servatur, terræ jungit, quod totum
 Verrius ἀπιδῶνος introduxit.

Servilius lacus appellabatur eo (8), qui eum
 (8) Ab faciendum curaverat in principio vici jugari con-
 tinens basilicæ Juliæ, in quo loco fuit effigies hy-
 dræ posita a M. Agrippa.

Servilius lacus Romæ a conditore vocatus.

Servorum (c) dies festus erat Idibus Augusti:
 quia eo die Rex Tullius filius ancillæ natus
 est (9).

Servorum dies festus vulgo existimatur Idi-
 bus (10) Augusti, quod eo die Ser. Tullius natus
 serva (11) ædem Dianæ dedicaverit in Aventino,
 cujus tutelæ sint cervi a quorum (12) celeritate
 fugitivos vocent servos [13].

. in carmine ap esopia
 pro sedilibus di dhuc in consue-
 tu

Sestertius (d) dicitur quarta pars denarii, quo
 tempore is decussis valebat, idest dupondius . . .

Sestertius dicitur quarta pars denarii, quo
 tempore is decussis valebat, idest dupondius, &
 semis.

Sestertii (e) no dupondii, &
 semissis tertius, sed auctos esse . . .

. apud antiquos autem rant,
 & valebant ti, bigati, quinqueffis . . .

. est numerum æris perduct
 . . . minia, minus solvendi cur P. R.

Sex millium, & ducentorum hominum pri-
 mus C. Marius conscripsit legionem, cum antea
 quattuor millium fuisset: unde etiam appella-
 batur *quadrata*.

Sex suffragia appellantur in equitum centu-
 riis, quæ sunt adjectæ (14) ei numero centuria-
 rum, quas Priscus Tarquinus Rex constituit.

Sex Vestæ sacerdotes constitutæ sunt, ut po-
 pulus pro sua quaque parte haberet ministram sa-
 crorum: quia civitas Romana in sex est distribu-
 ta partis: in primos, secundosque Titientes,
 Ramnes, Luceres.

Sexagenarios [f] cujus cau-
 sam Mani qui incoluerint

cippis, aut aliqua alia re mortui causa designatus est, intra quos sepultura est facta. Hæc est Sex. Pompei sententia.

a Sequester is dicitur, qui inter aliquos placuit, ut quod inter eos convenerit, teneat, idque ut ei reddat, cum id sibi deberi constiterit. Cato in ea oratione, quæ inscribitur de indigitibus: *Sinunt perire, ut bona rapiant, aut si petantur, ut Sequestro dent; & Plautus in Mercatore: Immo sic sequestro mihi data est.* Hæc vel hujuscemodi Festus. Vide Gell. lib. xx. cap. ult.

b Paulus in epitome id posuit, quod a Festo reprehenditur.

c Sopia, vel Sesopia pro sedilibus vox ni fallor inaudita. *Solia* potius scriberem. Plaut. in Trucul. *esopitius*, nisi mendum sit.

d Hic semper fuit quarta pars denarii. Sed quo tempore denarius decussis, idest decem assibus æstimabatur, tum sestertius dupondio, & semisse permutabatur. At cum sexdecim assibus denarius æstimatus est; sestertius quattuor asses valuit. Vidend. Plin. lib. xxxiii. cap. iii. Vitruv. lib. iii. cap. i. Mæcian. in libro de asse.

e Vide Sestertius, & quæ illic adscriptimus. Cur vero sestertius dicatur, quasi semis tertius. Varro lib. v. de ling. Lat. & Mæcian. de asse scripserunt. Vide Trientem. De bigatis, & quadrigatis. Plin. lib. xxxiii. cap. iii. *Nota argenti fuere bige, atque quadrigæ: & inde bigati quadrigatique dicti. Quinqueffis autem, quinarius, sive victoriatas dictus est, quod initio quinque assibus æstimaretur, postea octo valuit: ejusque nota erat victoria, ut idem Plinius scribit.*

f Hoc a multis traditum est, & quæ reliqua sunt, satis ostendant, qua de re agatur. Cicero pro Sex. Roscio: *Habeo etiam dicere, quem contra morem majorum minorum annis lx. de ponte in Tiberim deiecerit.* Varro lib. vi. de ling. Lat. Ovid. lib. v. Fast. Macrob. lib. i. Saturn. Plutarch. in probl. & Non. Marc. Vide Depontani.

(8) Ab eo.

PAULUS.

(9) Ædem dedicavit Dianæ.

FESTUS.

[10] Idus, v. c.

[11] Ser- vus, v. c.

[12] Quo, v. c.

(13) Cer- vos, v. c.

PAULUS.

FESTUS.

PAULUS.

FESTUS.

(14) Adse- ritæ, v. c.

... hominem sexaginta editi patri, quot q. facere eos de ulis, sed religio cirpeas hominum est modo mittere t, morante in Italia ius comitum habitave am haberi, atque Arga averiat arvi, quorum pro am redintegrari eo ge a legatum quendam Arga is Romæ moratum esse, his, ut t: institutum a sacerdotibus, ut scirpea ex omnibus, cumque publicæ ntiavisset, per flumen, ac mare, in patriam remitteretur. Sunt, qui dicant, post urbem a Gallis liberatam ob inopiam cibatus cœptos sexaginta annorum homines jaci in Tiberim, ex quo numero unus filii pietate occultatus sæpe profuerit patriæ consilio sub persona filii: id ut sit cognitum, ei juveni esse ignotum, & sexagenariis vita concessa: latebras autem ejus (1), quibus arguerit (2) fenem, id est cohibuerit, & cælaverit, sanctitate dignas esse visas, ideoque *Arcaea* appellata. Sed exploratissimum illud est causæ, quo tempore primum per pontem cœperunt comitiis suffragium ferre, juniores conclamaverunt, ut de ponte deicerentur sexagenarii, qui jam nullo publico munere fungerentur ut ipsi potius sibi, quam illi deligerent imperatorem. Cujus sententiæ est etiam Sinius Capito. Vanam autem opinionem de ponte Tiberino, confirmavit Afranius in Repudiato.

[3] Quo. Sextantarii (a) asses in usu esse cœperunt ex eo tempore quod (3) propter bellum Punicum secundum, quod cum Hannibale gestum est, decreverunt patres, ut ex assibus, qui tum erant librarii, fierent sextantarii, per quos cum solvi cœptum esset, & populus ære alieno liberaretur, & privati, quibus debitum publice solvi oportebat, non magno detrimento adficerentur. Septuennio quoque (anno) usus est, ut priore numero, sed id non permansit in usu, nec amplius processit in majorem.

(4) Secus, v. c. Sexus b) (4) aliter significat sexu, natura, habituque ex Græco, quam illi vocant *ἕξις*. (5) Ait. Afranius in Privigno: sic agit [5] *orbis virili sexu adoptavit sibi*. Pacuvius in *Atalanta*: *Triplitem virili sexu partum procreat*.

PAULUS. Sexus, natura, vel habitus, ex Græco *ἕξις* vocatur.

Tom. VII.

a Plin. lib. xxxiii. cap. iii. *Populus Rom. ne argento quidem signato ante Pyrrhum regem devictum usus est. Libralis; unde etiam nunc libella dicitur, & dipondius; appendebatur assis. Et postea: Librae autem pondus æris imminutum bello Punico Primo, cum impensis resp. non sufficeret; constitutumque, ut asses sextantario pondere feriretur, &c. Postea Hannibale urgente Q. Fabio Max. Dict. asses unciales facti, &c. Mox lege Papiria semunciales asses facti. Ex his verbis apparet Festum aliud dicere, quam Plinium: nam sextantarios alter bello Punico primo, alter bello secundo factos scribit: item hic noster septennio durasse, & non amplius processisse in majorem numerum: ille durasse ad Dictaturam Q. Fabii, quæ a fine belli Punico primi fuit xxv. annis posterior. & unciales, atque semiunciales postea asses factos esse. Mihi quod Plinius scribit verisimilius videtur: & in verbis Festi videntur esse quædam mendosa. Vide *Grave as*.*

b In veteri libro est secus initio, tamen in exemplis *sexus*. Charif. lib. i. scribit: *Secus neutri generis nomen*, unde & Sallustius *virile secus* dixit, hoc est *virilis sexus*; quod per omnes casus integra forma declinatur. Fit *secus*, & adverbium, quod significat *alter*.

c De *sica* fortasse verba Festi intelligenda sunt, item de *dolone*. Dolonis mentio fit apud Vergilium lib. vii. Æn. Suet. in Claudian. & sub titulo ad L. Aquil. in Digestis. De *Sica*, & *Sicariis* omnibus libris agitur. Sed non facile est verba Festi farcire: etenim exempla referuntur eorum librorum, qui non extant.

d Locus difficilis interpretem desiderat.

e Locus difficilis, qui lucem desiderat.

f Cicero lib. ii. de Divin. Peritum esse necesse est eum, qui, silentium quid sit, intelligat: id enim silentium

Sibinam appellant Illyrici telum venabuli simile. Ennius: *Illyrici restant sicis, sibinisque fodentes*.

Sibus, callidus, vel acutus.

Sic versantur. . . (c) fune voluit eodem nom

[d] pellant dolonem cation majus Capito velut se lone interioris orte moroque cum ait L. Terentio Tuscivi ivum de saxo Tarpejo venisset commisitatum, quod et coactus.

Sicilices hastarum spicula lata. Ennius: *Incedit veles vulgo sicilibus (6) latis*. PAULUS. [6] Sicilibus.

Sicilicum dictum, quod semunciam fecet.

Sicyonia genus calciamenti. Lucilius: *Et pedibus læva sicyonia demit honesta*.

Si fus. . . (e) is ipsis id quod Græce gerivalicia sic est e populum. Ser. Sulpi tani, paganive si donec eam inter se s judicatio esto. FESTUS.

Signa, ut rerum, ita aut lapides, aut f adhuc aliqua: et pantur etiam, sed po simulacra ad effi

Signare significat modo scribere, modo anulo signa imprimere, modo pecora signis notare. PAULUS.

. ri dicitur signis notare fed antiqui eo pro scribe re, & consignare ere, & conscri

Silatium antiqui pro eo, quod nunc jentaculum dicimus, appellabant, quia jejuni vinum sili conditum ante meridiem absorbebant. PAULUS.

. pro eo, quod nunc jentaculum dicimus quia jejuni vinum soli con obforbebant. FESTUS.

Silere tacere significare fito verbo ab S littera, quæ nota silentii est. PAULUS.

Silere, tangere [7] a S littera, quæ ini dici, ubi qui post mediam candi causa ex lectulo suo si et liberatus a lecto in folido letque ne quid eo tempore deiciat le in lectum reposuit, hoc enim est entium, omnis vitii in auspiciis vacuitas. Veranius ait: *non utique ex lecto, sed ex cubili, ne* (8) rursus (8) *in lectum reponere necesse esse*. (7) Tacere. (8) Nec.

Silicernium f) erat genus farciminis, quo festu familia purgabatur: dictum autem silicernium, PAULUS.

LIII

niun,

(1) *Silentium*, v. c. solum. nium, quia, cujus nomine ea res instituebatur, is jam silicem (1) cerneret. Cæcilius: *credidi silicernium ejus me esse esurum.*

FESTUS. . . . (a) . . . nebris, quam
 ocant, sed errius existi . . .
 uod nos farci letum familia
 omine ea ref. s jam silentium
 olostate. Cre me esse esurum

Silvii sunt appellati Albani Reges, a Lavinia filio, quem post excessum Æneæ gravida relicta timens periculum, & suæ vitæ, & ejus, quem utero gerebat, in silvis latens enixa est: qui restitutus in regnum est post mortem Ascanii prælati Julio (2) fratris filio, cum inter eos de regno ambigeretur.

(2) *Julio*, v. c.

Silus appellatur naso solum versus repando: unde galeæ quoque a similitudine silæ dicebantur.

Simpludiarea [b] funera sunt, quibus adhibentur D. T. ludi, corbitoresque quidam ea dixerunt esse, quibus neutrum genus interesset ludorum: nam indistincta sunt, quibus adhibentur non ludi modo, sed etiam desultores, quæ sunt amplissima.

PAULUS. Simpludiarea (3) funera, quibus ludos adhibebant.

(3) *Simpludiaria*.

Simplum vas parvum, non dissimile cyatho, quo vinum in sacrificiis libabatur: unde & mulieres rebus divinis deditæ simpulatrices dicuntur.

Simultas, id est odium, dicta ex contrario, quia minime sint simul; potest, & a simulatione dicta existimari, quia simulate loquantur ad invicem.

Sinciniam (c), cationem solitariam.

FESTUS. in proverbio dici solet sine ulla incommoda appendice, quod olim sacra non solum publica curiosissimi ne administrabant, sed etiam privata: relictusque heres sic (4) pecuniæ, etiam sacrorum erat; ut ea diligentissime administrare esset necessarium.

(4) *Sicut*.

Sinistræ aves, sinistrumque est sinistimum, auspiciam, id est, quod sinat fieri. Varro libro quinto Epistolicarum quaestionum ait: *a deorum sede cum in meridiem spectes, ad sinistram sunt*

partes mundi exorientes, ad dexteram occidentes; factum arbitror, ut sinistra meliora auspicia, quam dextra esse existimantur; idem fere sentiunt Sennius Capito, & Cincius.

Sinistrum (d) in auspicando significare ait Atejus Capito latum, & prosperum auspiciam, at (5) silentium (6) dubii dantaxat vacat vitio: igitur *silentio surgere* cum dicitur, significat *non interpellari, quo minus rem gerat*, ad (7) sinistrum hortari quoque auspiciam ad agendum, quod animo quis proposuerit.

Siparium genus veli mimicum (8).

Si utuntur, dictum ait
 mento quod vocetur.

Siremps (e) dicitur, quasi similis (9) res ipsa: habetur hoc in libris Catonis.

. ponitur pro eadem, vel proinde
 Cato in dissuadendo le lecta est, & præterea rogas ea si populus condemnare fiet, quasi adversus le

Sispitem Junonem, quam vulgo Sospitem appellant, antiqui usurpabant, cum ea vox ex Græco videtur sumpta, quod est *σώζειν*.

Sistere fana cum in urbe condenda dicitur, significat loca in oppido futurorum fanorum constituere, quod [10] Antistius Labeo ait in commentario quintodécimo Juris Pontificii fana sistere esse *lestisterna* certis locis & diis habere.

Sistere fana cum dicerent, significabatur *lestisterna* certis in fano locis componere.

Sobrinus est patris mei consobrini filius, & matris consobrini filius.

Sobrinus est ut ait Gallus Ælius, patris mei consobrini filius, & matris meæ consobrini filius: femina iisdem de causis appellat fratrem, & fratrem petrualem, & consobrinum, & propius consobrino (11), & sobrina: iidem gradus in sobrina quoque sunt.

Sobrium vicum er Ælius quod locus, neque caut ali- quod in eo n uino solitum

Sobrium vicum Romæ dictum putant, vel quod in eo taberna nulla fuerit, vel quod in eo Mercurio lacte, non vino supplicabatur.

Sodales dicti quod una sederent, & essent; vel

tium dicimus in auspiciis, quod omni vitio caret: hoc intelligere perfecti auguris est. Ille autem, qui in auspicio adhibetur, cum ita imperavit is, qui auspicatur; Dicitur, silentium esse videtur? nec suspicit, nec circumspicit, statim responder; Silentium esse videtur. Verba Festi ita scribi possunt: *silentio surgere* dici, ubi qui post mediam noctem surgit auspicandi causa ex lectulo suo: sive alieno, & liberatus a lecto in solido solo sedet, siletque nequid eo tempore deiciat sputi auspicatus recte, inde se in lectum reposuit. *Hoc enim est silentium, &c.* Vide *Sinistrum*, & *Solida sella*.

a Cæcilius obelostate. Vide de hoc verbo Donat. in Adolph. Nonium, & Placiadem.

b Hæc verba mendosa sunt [D. T. ludi, corbitoresque] quod notatum est in veteri libro R. littera. Crederem scribi posse *ludi, desultoresque*. Vide *Senacula*.

c Verba Festi desiderant hæc, aut his similia. Sine sacris hereditas in proverbio dici solet: cum aliquid obvenerit sine ulla incommoda appendice. Plautus hoc proverbio utitur in *Captivis*: *Sine sacris hereditatem sum apus offertissimam*; & in *Trinum*: *Cena hac annona est sine sacris hereditas*.

d Vide Ante *Silicernium*.

e Charif. lib. 1. tradit Si remps nominativo tantum casu dici, & ablativo, ab hac *Sirempse* significare autem *Similiter* lex esto. Extant aliquot tabulæ legum; in quibus ita scriptum est: *DE. EO. AGRO. SIREMPS LEX ESTO*; & in altera: *SIREMPS QVE. EIS. VIATORIBVS. DE, QVE. EIS. VIATORIBVS. Q. OMNIVM. RERV. IVVS. LEX QVE. ESTO. QVASEI. SEI. EI. VIATORES. IN. EAM. DECVRIAM. IN. TRIBVS. VIATORIBVS. ANTEA. LECTEI. SVBLECTEI. ESSENT. QVAM. IN. QVISQVE. DECVRIAM. EORVM. EX. HAC. LEGE. VIATOR. LECTVS. ERIT. SIREMPSQVE. EIS. PRAECONIBVS. DEQVE. EIS. PRAECONIBVS. QVAESTORI. OMNIVM. RERV. IVVS. LEXQVE. ESTO, &c.* In his omnibus similem significat, aut simile: tria autem verba copulata sunt *siremps*, hoc est similis res ipsa.

PAULUS. FESTUS. (8) *Mimicum*. PAULUS. (9) *Similiter*. FESTUS.

(10) *Quam*, v. c. Q.

PAULUS.

FESTUS.

(11) *Sobri-*
no.

PAULUS.

(1) *Datis*. vel quod ex suo dapibus (1) vesci soliti sint, vel quod inter se invicem suaderent, quod utile esset.

FESTUS. Sodalis tant, quod una alii, quod ex suo alii, quod inter se rent, quod utile est. crebro congre vocan vocabulo, quod est

Sodes [a] si audes, uti si pro in loco. Terentius sodes quis heri Chry

PAULUS. Sodes, si audes; uti sis, pro si vis; & illico pro in loco. Terentius in Andria: *Dic, sodes, quis heri chrysidem habuit.*

FESTUS. Solari sine præpositione dixisse antiquos, testis est Pacuvius, cum ait: *solatur, auxiliatur, hortaturque me.*

Solatum (b) genus morbi, maxime a rusticantibus dicitur, cujus meminit etiam Afran. arquato Medo tigne.

PAULUS. Solatum genus morbi. Solea, vel ea dicitur, quæ solo pedis subiicitur, vel genus piscis, vel materia robustea, super quam paries craticius extruitur.

FESTUS. Solea, ut ait Verrius, est non solum ea, quæ solo pedis subiicitur, sed etiam pro (2) materia robusta (3), super quam paries craticius extruitur.

(2) *Per*, solo pedis subiicitur, sed etiam pro (2) materia robusta (3), super quam paries craticius extruitur. (3) *Robustia*, v. c. (4) *Solicitare*, v. c. Solicitare (4) quidam dictum putant vel ex suo loco, ac sententia quin significet locum, quis quoque dicantur loco pa

PAULUS. Solicitare est solo citare, idest ex suo loco movere, solum autem quin significet locum, quis dubitet? cum exsules quoque dicantur loco patriæ suæ pulsi.

FESTUS. Solida sella (c) at. jubetur, cum mane sur. lavit, quod antiqui expressere riore parte excavat. ciebant sedes, quas s. in his nihil erat con bant, inquit Verrius, quod absurde, ut mihi videtur fit totum ait dictum solidum

(5) *Mes-sulla*. Solino idem [5] ait esse consulo. Solino intelligitur consulo.

PAULUS. Solipunga (d) (6) genus bestiolæ maleficæ (7), quod acrius, concitatusque fit fervore solis: unde etiam nomen traxit.

Soli maleficæ, qu fit fervore s. traxit.

FESTUS. Solitaurilia (e) hostiarum trium diversi gene-

ris immolationem significant, tauri, arietis, verris, quod omnes ea solidi, integrique sunt corporis, contra Aci. verveces [8] majales, qui quia solum, Ofce totum, & solidum significat: unde tela quædam soliferrea vocantur tota ferrea, & homo bonarum artium sollers, & quæ nulla parte laxata, cavaque sunt, solida nominantur: atque harum hostiarum omnium involati sunt tauri, quæ pars scilicet cæditur (9) in castratione: sunt quidem qui putent (10), ex tribus hostiis præcipue nomen inclusum cum solido tauri, quod amplissima sit earum: quidam dixerunt omnium trium vocabula confusa (11) suis, ovis, tauri ad effectum id, quod uno modo appellarentur universæ: quod sit a follo, & tauris earum hostiarum ductum (est) nomen, antiquæ consuetudinis (12) per unum L enuntiarum non est mirum, quia nulla tunc geminabatur littera in scribendo: quam consuetudinem Ennius mutavisse fertur, utpote Græcus Græco more usus, quod illi æque scribentes, ac legentes duplicabant mutas Sem.

Solitaurilia hostiarum trium diversi generis immolationem significant tauri, arietis, verris: quod omnes hi solidi, integrique sint corporis. Solum enim lingua Oscurum significat totum, & solidum: unde tela quædam soliferrea vocantur, tota ferrea; & homo bonarum artium sollers; & quæ nulla parte laxata, cavaque solida nominantur.

Solla (13) appellantur sedilia, in quibus non plures singulis possint sedere, ideoque solla (14) sternere dicuntur, qui sellisternium habent, & solaria vocantur, Babylonica, quibus eadem sternuntur: quæ ut ait Verrius, omnia ducta sunt solo (15) alvei quoque lavandi (16) gratia instituti, quo singuli descendunt, solla dicuntur: quæ a sedendo (17) potius dicta videntur, quam a sollo [18].

Solla (19) sedilia, in quibus singuli tantum possunt sedere: ideoque solia (20) sternere dicuntur, qui solisternium (21): habent, & solaria vocantur Babylonica, quibus eadem sternuntur.

Sollemnia (f) sacra dicuntur, quæ certis temporibus fiunt.

Sollemnia sacra dicuntur, quæ certis temporibus, annisque fieri solent.

Solistimum Ap. Pulcher in Auguralis disciplina libro primo ait esse tripodium, quod avi (22) excidit ex eo, quod illa fert: saxumve solidum, aut arbos vivradix ruit, quæ nec præ vitio, humani (23) cædanturve, jaciunturve, pellanturve.

(8) *Verveces*, v. c.

(9) *Creditor*, v. c.

(10) *Portent*, v. c.

(11) *Confusa*, v. c.

(12) *Antiqua consuetudine*.

(13) *Solia*, vel *solia*.

(14) *Solliar*, v. c.

(15) *Afollo*.

(16) *Cavandi*, v. c.

(17) *Ascendo*, v. c.

(18) *Solo*, v. c.

(19) *Solla*, vel *Solia*.

(20) *Sollare*, vel *sol-la*.

(21) *Selli*, st.

PAULUS.

FESTUS.

(22) *Aut*, v. c.

(23) *Humane vi*, vel *humani cadans*.

a Vide Sultis.

b Solatos appellat Plin. lib. xxix. cap. vi. hoc morbo laborantes. A Sole fortasse infesto ductum est nomen. c Festus videtur Verrium reprehendere in huius rei interpretatione: & ostendit religioni fuisse aliquibus non solida sella sedere: quod essent aliqua ex parte excavata. Reprehendit autem quod solidum dixerit totum. Cetera incerta sunt. Vide *Ante Silicernium*.

d Plin. lib. xxix. cap. iv. Est & formicarum genus venenatum, non fere in Italia, *solipugas* Cicero appellat, *Salpugas* Bætica. Lucan. lib. ix. *Quis calcare tuas metuat Solpunga latèbras*: alii *Salpunga*: alii *Solpuga* legunt.

e Contra Aci. verveces majales qui. Hæc mendosa sunt aut delenda, aut emendanda: contra *Acilieis verveces majales*: quia, &c. vel contra *accidit verveci majali*, quia, sed neutrum placet. Videndum etiam, an mendose scribatur involati sunt tauri, & in fine videtur posse scribi mutas sensitivales.

f Vide Sollo.

